



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

NYPL RESEARCH LIBRARIES



3 3433 06913511 3



*GBK
Uniwersytet Jagielloński
copy 2

MUNERA SAECULARIA UNIVERSITATIS CRACOVIENSIS
VOL. III.

INCUNABULA TYPOGRAPHICA

BIBLIOTHECAE

UNIVERSITATIS JAGELLONICAE CRACOVIENSIS

INDE AB INVENTA ARTE IMPRIMENDI USQUE AD A. 1500

SECUNDUM HAINII REPERTORIUM BIBLIOGRAPHICUM - UNA CUM CONSPECTU VIRORUM, QUI
LIBROS OLIM HABUERANT, BENEFACTORUM BIBLIOTHECAE LIGATORUM CRACOVIENSIVM

PER ORDINEM ALPHABETI DIGESSIT

DR. WLADISLAUS WISŁOCKI

ILLIUSDEM C. R. BIBLIOTHECAE CUSTOS.

CRACOVIAE.

TYPIS SUMPTIBUS UNIVERSITATIS JAGELLONICAE

provisore Josepho Filipowski.

1900.



«Coepit autem studium generale
«Cracoviense... in suppositis et variis
«scientiis, artibus et doctrinis vehe-
«menter florere et crescere et viros
«de genere Polonico doctos, industrios
«et sensatos producere, Polonicique
«regni famam et gloriam diffundere et
«dilatare. Cuius etsi plura, propitia Di-
«vinitate, numerentur extentque deco-
«ra, nullum tamen reor Polonico generi
«aeque magnificentum et necessarium,
«aeque foecundum et utile, aeque glo-
«riosum ac illustre... pro defendenda
«iustitia, pro illustranda veritate».

*Iohannes Dlugosz Hist. Pol.
Lib. X. ad an. 1400.*

100 - 121
Dlugosz, J. Jagiello

MUNERA SAECULARIA
UNIVERSITATIS CRACOVIENSIS

QUINGENTESIMUM ANNUM AB INSTAURATIONE SUA

SOLLEMNITER CELEBRANTIS

UNIVERSITAS
A. D. MCCCLXIV CONDITA



CRACOVIENSIS
A. D. MCD REFORMATA

CRACOVIAE.
TYPIS ET SUMPTIBUS UNIVERSITATIS JAGELLONICAE
provisore Josepho Filipowski.
1900.
K. J. F.

100416B

INCUNABULA TYPOGRAPHICA

BIBLIOTHECAE

UNIVERSITATIS JAGELLONICAE CRACOVIENSIS

INDE AB INVENTA ARTE IMPRIMENDI USQUE AD A. 1500

SECUNDUM HAINII REPERTORIUM BIBLIOGRAPHICUM - UNA CUM CONSPECTU VIRORUM, QUI
LIBROS OLIM HABUERANT, BENEFACTORUM BIBLIOTHECAE LIGATORUM CRACOVIENSIVM

PER ORDINEM ALPHABETI DIGESSIT

DR. WLADISLAUS WISŁOCKI

EIUSDEM C. R. BIBLIOTHECAE CUSTOS.



CRACOVIAE.

TYPIS SUMPTIBUS UNIVERSITATIS JAGELLONICAE

provisore Josepho Filipowski.

1900.

Lecturis salutem!

Librum de incunabulis bibliothecae Jagellonicae, sive de vetustissimis libris, inde ab arte typographica inventa usque ad finem a. 1500 impressis, ad quingentesimum annum Universitatis Jagellonicae, a Wladislao Jagellone renovatae, sollemniter celebrandum, compositum, cum aliquot annis ante consummatus esset, jam mense Julio a. 1895 sociis Classis philologiae Academiae literarum Cracoviensis proposuimus. In quo conficiendo hoc erat consilium, ut apud nostrae aetatis homines magistrorum et doctorum Cracoviensium, nec non scholarium et baccalaureorum, virorum profecto olim haud parvis meritis excellentium, memoria redintegraretur; qui cum non solum libros manuscriptos, quos olim (annis 1877—1881) in »Catalogo codicum manuscriptorum bibliothecae Jagellonicae« enumeravimus, sed etiam libros typis impressos, quos habebant, variis collegiis et hursis academicis, praesertim autem Collegio majori, ubi initio duae praestantiores erant librariae, (scilicet »libraria theologorum« et »libraria artistarum«), dono dedissent, bibliothecae Jagellonicae, postea mirifice auctae et amplificatae, fundamenta jaciebant. Quantum vero in studiis excolendis illi magistri et doctores XV s. exeuntis et XVI ineuntis literarum commercium processumque, qualis tunc erat, recentissimum secuti sint, illi ipsi libri, quos collegiis et hursis academicis obtulerant, pulcherrimum atque firmissimum documentum praebent; unde illos viros non solum pro futura bibliotheca Jagellonica, sed, ut tum vulgo dicebatur, »pro incremento totius Universitatis« multum operae laborisque consumpsisse apparet. Quod te, lector candide, hoc opusculo monere operae pretium nobis visum est.

Ceterum medio anno 1895 opusculum nostrum 2295 libros typis impressos in ea bibliothecae parte, quae »Incunabula« vocatur, asservatos, et 341 per alias partes dispersos continebat, numero 2636, in quibus 2300 simplicia, 336 duplicia exempla inveniebantur. Quo exemplorum numero, postquam cum veteribus librorum albis scidisque bibliothecae dris Bandtke († a. 1835) aetate conditis, collatus est, non omnia exempla, olim a magistris et doctoribus Academiae thesauris donata, contineri multaque etiam desiderari manifestum erat. Atque profecto non pauca in aliquot humidis recessibus inferioris aedium bibliothecae partis, ubi illa con-

fusa et indigesta farrago librorum varii argumenti, variarum et linguarum et aetatum signum bina exempla (›Dublety‹) prae se fert, situ et mucore corrupta jacebat. Quae segregare et depromere atque ›Incunabulorum‹ corpori adjungere haud parvi erat laboris, qui aestate a. 1896 et 1897 ad finem perductus est. Quo factum est, ut in bibliotheca Jagellonica nunc in hac parte vetustissimorum librorum, qui quidem typis excusi erant, exstent exempla 2630, sive 2632 malis, nam exempla nr. 978 (Sandeus) et 1136 (Forlivius) bis numerantur (978 a. et 978 b., item 1136 a. et 1136 b.). Cui numero si alios plus quam 370 ejusdem generis libros impressos (in quibus sunt nonnulla ›Xylographica et Chalcographica‹ ante a. 1500 confecta) adnumeraveris, invenies in bibliotheca Jagellonica tria milia amplius librorum, qui inde ab aetate artis typographicae inventae usque ad finem a. 1500 typis expressi erant; in his vero 2400 unica et 600 duplicata exempla sunt, multorum enim operum 2 aut 3, quin etiam 4 aut plura exemplaria exstant.

Nihilominus tamen numeri 2400, quibus libri vetustissimis temporibus prelo expressi continentur, tanti sunt momenti, ut ›Incunabulorum‹ thesaurus bibliothecae Jagellonicae inter ditissimos bibliothecarum fundos jure referri possit. Neque enim multae Academiarum bibliothecae, immo non multae inter omnes bibliothecas majores in Europa inveniuntur, quae tanta incunabulorum copia gloriari possint. Quod ne nos plus aequo laudibus extollere arbitreris, reputa sodes primum, hanc esse septimam partem librorum vetustissimorum, typis impressorum, quos Ludovicus Hain opere, cui inscriptum est: ›Repertorium bibliographicum‹, annis 1826—1838 Stutgardiae quattuor voluminibus edito, colligere potuit atque numeris 16300 complexus est; deinde hanc esse nonam fere partem omnium librorum, qui inde ab aetate artis typographicae inventae usque ad finem a. 1500 prelum reliquerint, horum autem numerum Copinger, vir Anglorum eruditissimus ac de bibliographia meritissimus, in opere ›Supplement to Hain's Repertorium bibliographicum‹, cujus duo priora volumina a. 1895 et 1898 Londini in lucem prodierunt, ad 22000 adducturum se pollicitus est.

Si igitur solum numerum incunabulorum, quae in bibliotheca Jagellonica asservantur, respexeris, magistros et doctores nostros, s. XV exeunte et XVI ineunte degentes, sui temporis literarum studia et processus summo opere cognoscere conatos esse, nequaquam negabis, praesertim cum et argumenta librorum eam rem confirment. Nullum enim gravioris momenti desideratur opus, quod illa aetate prelo subjectum sit; immo vero quaecumque tum temporis sive doctrina sive fama commendarentur, ea nostros magistros et doctores non solum legendo diligenter cognita, sed etiam proprio sumptu coëmpta in librariis habuisse videmus. Itaque sive sacras literas, sive jus, sive medicae artis libros, sive eas disciplinas, quae tum in facultate artistarum tradebantur, requiras, omnium in illa incunabulorum congerie pro rata parte abundantiam invenies.

Librorum quidem Cracoviae typis impressorum parvus sane numerus etiam tum reperitur; quod ne cui mirum videatur, artis typographicae in Polonia conditio respiciatur necesse est. Cracoviae enim, in illa humanitatis et artium liberalium sede ad Orientem longissime promotam, quamquam haec urbs potentissimi regni caput erat, artis typographicae initia primis demum s. XVI annis conva-

luisse satis constat. Posteriore vero XV s. parte apud duos tantum typographos Cracoviae (cf. p. 135 sq. »Cracovia«) per brevissimum temporis spatium libri excudebantur, scilicet apud Guentherum Zainerum annis 1474/75, ex cuius officina 4 tantum exempla in bibliotheca Jagellonica exstant, et apud Świętopelkum Fiolum annis 1491/92, quem liturgicos tantum libros, palaeoslovenica lingua conscriptos, edidisse scimus, ex his autem vix unius operis fragmentum in bibliotheca Jagellonica ad nostra tempora permansit.

Quamquam librorum, qui posteriore parte s. XV Cracoviae typis excusi erant, adeo pauca exempla temporis saevitiam tulisse magnopere est dolendum, at certe ea re gloriari nobis liceat, quod celebratissima etiam apud exterarum gentes Polonorum scriptorum opera, ut Martini Poloni ordin. Praedicatorum et dris Matth. Najman de Cracovia, nec non magistrorum et doctorum Cracoviensium priore parte XV s. degentium, ut Nicolai Płoński de Błonie et Jac. Paradisii de Clusa. jam mature exterorum typographorum prela exercebant; quae non medio-criter erant occupata excudendis libris magistrorum et doctorum posterioris quoque partis XV s., ut Jac. Boksicij, Brudzewii, Laur. Corvini, Joh. Głogowitae, Mart. Kotowicij, dris Latoszyński, dris Randersacker, Joh. Sacrani Junioris, mgri Sommerfeld-Aesticampiani, Johannis Stobniczka, Joh. Ursini, fr. Valentini, Mich. Wratislawitae et aliorum.

Huc adde, quod illi ipsi viri, cum Cracoviae typographicae officinae nondum exstarent, non solum in externis opera sua excudenda curabant, sed etiam doctrinae et literarum amore commoti, alios quoque libros impressos proprio sumptu coëmebant, quos deinde bibliothecis Collegii majoris aut aliis collegiis et bursis academicis dono darent. En habes nomina in literas digesta urbium, e quibus haec opera afferebantur, appositis numeris indicantibus, quot eorum operum exempla ad nostra tempora in bibliotheca Jagellonica permanserint:

Argentina (Argentoratum, Strass- burg).	265	Friburgum	8
Augusta Vindel. (Augsburg)	50	Hagenoa	14
Avenion	2	Heidelberga	2
Basilea	183	Herbipolis (Würzburg)	2
Bononia	37	Lipsia	130
Brixia	14	Lovanium	2
Brunna	2	Lubeca	3
Bruxella	3	Lugdunum	35
Colonia	239	Magdeburgum	3
Cremona	1	Mantua	6
Daventria	8	Marsipolis (Merseburg)	1
Erfordia	3	Mediolanum	34
Esslinga	6	Memminga	3
Eustadium	10	Moguntia	24
Ferraria	9	Monachium	1
Florentia	16	Neapolis	7
		Norimberga	210

Offenburgum	1	Sevilla	1
Olomucium	1	Spira	35
Oppenheimium	1	Stockholmia	2
Padua (Patavium)	19	Tarvisium (Trevisia, Treviso)	17
Papia (Ticinensis civ.)	56	Toletum (Toledo)	1
Parisi	33	Tolosa	1
Parma	4	Tubinga	10
Piscia	5	Ulma	31
Regium	6	Venetia	850
Reutlinga	17	Vicentia	21
Roma	77	Vienna	4
Rostochium	1	Wratislawia	1
Senes	7	Zwolles (Zwolla, Zwoll)	1

In hac urbium serie primum locum obtinet Venetia (850 exemplaria), quam aliae Italiae urbes sequuntur: Roma (77), Papia (56), Bononia (37), Mediolanum (34), Vicentia (21), Padua (19), Tarvisium (17), Florentia (16), Brixia (14), aliae, e quibus fere 1250 exempla allata exstant, omissis his omnibus, quae sedem typographicam non indicant. Secundum vero post Venetiam meruit locum Argentina (265 exemplaria), quam sequuntur multae urbes Germaniae: Colonia (239), Norimberga (210), Basilea (183), Lipsia (130), Augusta Vindel. (50), Spira (35), Ulma (31), Moguntia (24), Reutlinga (17), Hagenoa (14), aliae, e quibus item fere 1250 asservata exempla exstant, omisso satis magno numero librorum, quorum locus editionis ignotus est.

Multo minor est numerus librorum, qui e longinquiore regionibus, ultra Italiae et Germaniae fines jacentibus, allati sunt. Plurimi sane, qui quidem in bibliotheca Jagellonica asservantur, Lugduni (35 exempla) et Parisiis (33), pauci in aliis urbibus: Daventriae (8), Bruxellis (3), Avenione (2)... editi sunt.

Sed quod librorum in externis officinis impressorum magistris et doctoribus nostris jam mature copia fuit, id multo gravioris momenti esse arbitramur. Habebant illi sane temporis, quo typographica ars inventa esset, notitiam levem et parum accuratam, siquidem in libro a. 1498 edito (Politianus, nr. 1420) haec adnotata legimus: »Librorum (!) imprimendi artem Joh. Faustius Moguntiae in Germania primus reperit anno mundi 6651, anno Christi 1452«, in alio autem, qui multo ante, anno scilicet 1471 (Plinius, nr. 1362) impressus erat, haec: »Impressoria ars inventa per Germanos anno salutis Christi Ihesu 1458«!

Nihilominus tamen, cum literarum in Europa progressus impigre cognoscere studerent, libros apud exterarum nationum typis impressos, ut supra diximus, jam mature illos coemisse eorumque copiam habuisse satis exploratum est. Cujus rei documento sunt duo vetustissima, quae quidem editionis annum exhibent exempla, in bibliotheca Jagellonica asservata: Joh. Balbi »Catholicon« (nr. 1011), impressum atque confectum a. 1460 Moguntiae per Joh. Guttenberg »non calami, stili aut pennae suffragio, sed mira patronarum formarumque concordia proportionem et modulo«, et papae Clementis V »Constitutiones« (nr. 1982) eodem anno 1460

Moguntiae typis impressae per Joh. Fust et Petr. Schoiffer. Liber, cui inscriptum est ›Catholicon‹, Joh. Jarogniewiczii κτῆμα erat, qui cum inde ab a. 1454 artium baccalaureus, deinde altarista ecclesiae b. V. Mariae in circulo Cracoviensi fuisset, moriens, hoc opus ›legavit pro libraria Universitatis Studii Cracoviensis‹; ›Constitutionum‹ autem Clementis V exemplar, idque membraneum, jam a. 1465 Pauli Puczek κτῆμα erat, qui ab a. 1452 artium mgr., deinde licentiatum in decretis Cracoviae erat.

Habebant igitur magistri nostri et doctores jam mature, ut videmus, accita et haec et alia opera in Italia et Germania typis impressa, quibus sine dubio alii quoque collegae et scholares cum admiratione delectabantur; neque nobis a vero abesse videtur sententia, anno 1474, quo Guentherus Zainer officinam typographicam Cracoviae conderet, multos jam in usu fuisse libros extrinsecus importatos. Atqui adscriptum Catalogo sanctorum mgrum Johannem Wacięga de Kanty, quem, quidquid otii nactus esset, in libris manuscriptis exarandis collocasse scimus, libros impressos, cum jam non pauci tum temporis et in Collegii majoris librariis et in magistrorum ac doctorum Cracoviensium manibus essent, jam multos annos, antequam mortuus esset († 24. XII 1473), suis oculis vidisse et admiratum esse pro certo affirmari potest.

Praeter ›Constitutiones‹ Clementis V a. 1460, quas jam a. 1465 mgrum Puczek κτῆμα fuisse scimus, mgrum Wacięga ante mortem haec quoque incunabula in manibus habuisse putamus: 1. s. Augustini ›De doctrina christiana‹ (nr. 632) impressum Argentorati c. 1465/66; 2. s. Augustini ›De civitate Dei‹ (nr. 899), excusum Argentinae c. 1468, et 3. s. Chrysostomi ›Homiliae‹ (nr. 633), impressae Argentorati s. a., omnia enim dr. Koczwarra de Pyzdry, ›praedicator Polonorum ad s. Barbaram‹, cum a. 1470 ad proprium usum comparasset, ante mortem († 24. IX 1472) ›Collegio artistarum legavit‹.

Vidit vir sanctus etiam s. Augustini ›Confessionum libros‹ (nr. 631), Argentinae impressos s. a., quos a. 1470 ejus collega, dr. Johannes Slupcensis-Kowalowita, ›pro 2 flor. ungaricalibus‹ comparaverat.

Vidit porro etiam Sanctii ›Speculum vitae humanae‹ (nr. 1856), impressum a. 1471 Augustae Vindelicorum, quod alius ejus collega, dr. Mirzyniec, ›redeundo de Roma in civitate Augusta‹ a. 1472 emerat.

Vidit denique sine dubio s. Aquinatis ›Catenam auream‹, impressam Esslingae aut ultimis diebus a. 1470 aut ineunte anno 1471 (Hain 1329), quam admodum mature, scilicet commutatione aestivali a. 1471 magistri et doctores Cracovienses ›de fisco communi pro 7 flor. pro libraria Collegii comparaverunt‹.

Hos libros in externis officinis impressos, quos jam mature ex Occidente et Meridie Cracoviam migravisse demonstravimus, postquam patronus divus magna cum admiratione cognovit, adeo commotus esse videtur, ut qui tantam codicum copiam propria manu per totum vitae spatium exaratorum ad aeternam sui memoriam posteritati reliquisset, repente tamquam attonitus, penna rejecta, nullam literam facere voluerit. Nam utcumque res se habet, hoc singulare atque memoratu dignum est, quod eodem fere tempore, quo libri in externis officinis impressi a. 1460 Cracoviam venerunt, mgrum Wacięga jam exscribere desinen-

tem deprehendimus; ultimus enim liber ejus manu descriptus, quantum scimus, anno 1461 erat exaratus.

Quod vero illam s. Aquinatis ›Catenam auream‹ commutatione aestivali a. 1471 ›de fisco communi‹ emptam esse diximus, eam libros coëmendi rationem, cum ejusmodi pauca tantum exstarent exempla, sub finem s. XV raram, postea autem vel rarissimam fuisse probabile est. Itaque comparaverunt magistri illis temporibus Gandavi ›Quaestiones super Aristotelis libros De anima‹ ex anno 1473 (nr. 1776) ›pro libraria facultatis artium de pecuniis communibus ejusdem facultatis‹. Emit quoque a. 1486 mgr. Joh. Pilczanus duas partes (III et IV, nr. 534 et 535) ›Summae theologiae‹ s. Ant. Florentini ex a. 1480/81 ›de pecuniis per drem Nic. Ilkussium pro libraria theologorum Collegii artistarum Studii Cracoviensis legatis‹. Jam multo post, scilicet a. 1520. comparavit aliquot libros mgr. Wiśliczka ›pro libraria facultatis artium de pecuniis communibus ejusdem facultatis‹: Eibi de Eyb ›Margaritam poëticam‹, impressam Argentinae s. a. (nr. 446), Aristotelis ›De anima‹ ex a. 1498 (nr. 1196) et Lamb. Montani ›In Aristotelis De physico auditu‹ ex a. 1498 (nr. 1195).

Paucos igitur deprehendimus libros, qui aut ›de fisco communi‹ aut ›de pecuniis communibus facultatis artium‹ comparati erant; ceteram autem incunabulorum, de quibus agitur, multitudinem magistri et doctores nostri proprio sumptu coëmebant et thesauris Universitatis ad aeternam rei memoriam donabant. En habes seriem magistrorum et doctorum, nec non scholarium et baccalaureorum Cracoviensium, qui jam ante finem a. 1500 libros impressos, quos habebant, librariis Universitatis legaverunt, aut jam tum proprios possidebant. Quot exempla ex eis, quae quisque donaverat, adhuc in bibliotheca Jagellonica supersint, numeris apposis significatur:

Andrzejowita Martinus de Jędrzejów	1	Casparus Johannes de Budweiss	1
Argentinensis Rudolphus de Argentina	1	Czeiskendorf Johannes Nissanus	1
Beber Johannes alias Sacranus de Oświęcim	1	Dambnowita Caspar Pruthenus de Dambnaw seu Dębno	6
Behem Balthasar Cracovita	3	Dignandus Franciscus	1
Bochniensis Mathias de Bochnia alias de Siepraw	4	Długosz Johannes de Niedzielsko, nominatus archiepiscopus Leopoliensis	2
Bodowita Petrus de Bodów	1	Gasser Mathias Grentzensis	1
Bolkenhain Johannes de Bolkenhain	1	Głupezye Valentinus de Głupezye	1
Borzejewski scholaris	2	Granowita Andreas de Granowo	1
Brudzewius Albertus de Brudzewo	13	Gromadzki Johannes	7
Budel Erasmus Wratislawita	2	Haunold Paulus Wratislawita	1
Burynanus Johannes Norimbergensis	1	Hoffman Nicolaus Głogowita	1
		Ilkussius Nicolaus de Olkusz	2
		Ilkussius Simplicianus ordin. s. Augustini	1

Izsepensis Vincentius de Izsép	1	Pajewita Johannes de Pajewo.	1
Jarogniewicius Johannes de Jarogniewice	2	Parzynczowita Leonardus de Parzenczów seu Parzniczów	1
Kobylinko Mathias Senior de Kobylyno	5	Patzkar Johannes Medici Wratislawita	1
Koczwarra Johannes de Pyzdry, alias etiam Peiser nuncupatus	3	Pausemus Martinus Ośnicensis	2
Kostensis Mathias-Matthaeus de Kościan seu Kosten	6	Pieszel Andreas Poznanita	1
Kromolowita Hieronymus de Kromolów	2	Pilezanus Johannes de Pileza	11
Kurowita Petrus de Kurowo	1	Pilznensis Valentinus de Pilzno, paterno nomine Lis (?) nuncupatus.	2
Kurozwęcki Stanislaus, cancellarius regni Poloniae.	1	Posnaier Johannes Poznanita	1
Łabiszynius Andreas de Łabiszyn	23	Prachenicus Henricus Ragnetensis	1
Latowicius Martinus de Latowiec	4	Przemysliensis Valentinus fr.	1
Latowicius Nicolaus de Latowiec	4	Puczek Paulus	1
Leopolita Michael de Leopoli	1	Quinqueecclesiensis Bartholomaeus de Quinqueecclesiis, alias Nissanus de Nissa	1
Leopolita Vincentius de Leopoli seu Lwów	2	Radzyminius Jacobus de Redziminio.	2
Makowski-Machowski Nicolaus	1	Ropczycius Stanislaus de Ropczyce	1
Medicus quidam Cracoviensis	1	Rzeszowski Johannes, episcopus Cracoviensis	1
Merboth Nicolaus Nissanus.	1	Scultetus Clemens Gedanensis.	21
Mikosz Bernhardus Nissanus, alias etiam Krotinpful, Mikusz aut Mikisz nuncupatus	15	Silentiosus Świętoslaus, vulgo Milczek dictus	5
Mirżyniec Arnolphus de Mirżyniec	5	Słupcensis-Kowalowita Johannes de Słupcza alias de Kowale	1
Młogolicensis Nicolaus de Młogolice	1	Stargardiensis Andreas de Šommen alias de Stargardia	2
Moerszperg quidam	1	Świętopelk Petrus de Zembrzyce alias de Nieznanowice	201
Muelich Richardus de Ristavia	1	Szadkovius Jacobus de Szadek	4
Nasierowita Stanislaus de Nasierowo.	1	Szadkovius Stanislaus de Szadek	1
Ogończyk quidam	1	Szamotulianus Bartholomaeus de Szamotuły	1
Oleśnicki Zbigneus, primas regni Poloniae	1	Tulczensis Johannes de Tulcze	1
Oporowski Andreas, episcopus Warmiensis et Wladislawiensis	2	Ustiensis Bartholomaeus de Uście, alias etiam Ostiensis aut Hostiensis vocatus	3
Oraczowita Bartholomaeus de Oraczowo.	2	Walch Georgius alias Mor	1
Originalis Bartholomaeus de Opcoczno	2	Wels Johannes Poznanita	13
Orlin Gregorius.	1	Vetuzoliensis Albertus de Veteri Solio.	6
Ostrowita Mathias de Ostrów	3		

Wielunius Michael de Opole seu de Wieluń, dictus etiam Opo- liensis, Wieluń aut Wielunensis	5	Zawada Stanislaus de Zawada seu de Piskowice	2
Winiarski Dobieslaus Sandomirita	2	Zbankius Johannes de Zbanki seu Dzbanki	2
Ząbicius Martinus de Zóbiki . .	2	Zbrożek Adam Jacobi seu Jaku- bowicz de Kotra alias de Wil- no, dictus etiam Kotrensis aut Wilnensis	1
Zagajewski Clemens de Gębice, vulgo Gębicius dictus	2		
Zatoriensis Laurentius de Zator .	4		

Primum locum, si numerum librorum spectes, Świętopelk obtinet — 201 opera! Cui merito proxime accedunt: Łabiszynius — 23, Scultetus — 21, Mikosz-Nissanus — 15, Brudzewius — 13, Wels-Poznanita — 13, Pilezanus — 11, Dambnowita — 6, Kostensis — 6, Kobylanko — 5, Mirżyniec — 5, Silentiosus-Milczek — 5, Wielunius de Opole — 5..... Nec desunt episcopi et archiepiscopi: Długosz, Oleśnicki, Oporowski, Rzeszowski, neque alii viri, qui summos in republica honores assecuti erant, ut Kurozwęcki.

Inter magistros et doctores Cracovienses, qui jam posteriore parte s. XV libris dono datis futuram bibliothecae Jagellonicae magnitudinem fundaverunt, numerandi sunt etiam:

Sommerfeld-Aesticampianus . . .	221	Tauchen-Nissanus, alias Tauchan,	
Szyszka de Srebrna Górką . . .	4	Teuchen aut Mergus dictus . .	11

Qui quamquam ineunte s. XVI: Sommerfeld 22. X 1501, Szyszka ante 15. X 1501, Tauchen (auctor »Epitaphii in laudem s. Johannis Waciegga de Kęty) 18. XI 1502, mortui sunt, tamen cum tota vita tum et omni opera ad finem s. XV pertinent. Quin etiam mgrum Sommerfeld, qui a. 1501, cum jam et scholis habendis et operibus scribendis edendisque magnam sibi gloriam conciliasset, jam tum aegrotus vix vitam suam sustentaret, nullum sibi librum comparavisse pro certo affirmari potest. Nam in uno libro (Natalis, nr. 1345) haec sua manu adnotavit: »Tu autem Domine miserere nobis, 1500 ante Nativitatis Christi«, in alio autem (Cursus quaestionum, nr. 2432) hoc distichon posuit:

Non sum, qui fueram, periit pars maxima nostri,
Hoc quoque, quod superest, languor et horror habent.

Simili modo etiam XVI s. incunabulorum numerus in bibliotheca Jagellonica crescebat; quod tamen, cum primis annis ejus seculi etiam Cracoviae artis typographicae initia satis convaluissent, alia via ac ratione processit. Nam praeter incunabula a. 1500 aut antea impressa alii quoque libri, scilicet XVI s. impressi, et Cracovienses et adventicii, in bibliothecam deferebantur; deferebantur autem utrique non minus abunde, quam antea, cujus rei praeter alias haec quoque causa fuit.

Librarias quidem habebant tum magistri et doctores Cracovienses. ut minores in aliis collegiis et bursis collocatas omittam. duas majores in Collegio majori: scilicet librariam theologorum et librariam artistarum, utramque in sepa-

ratis cellis, theologorum scilicet in secunda, artistarum in prima contignatione collocatam. Cum autem in utraque tantae codicum et librorum impressorum multitudini, quae ibi collecta erat, capiendae locus non sufficeret aliusque amplior et melior esset quaerendus, nihil aliud restabat, quam ut meridionali angulo aedium Collegii majoris, quae horto erant contiguae, accessio adjungeretur ibique amplum conclave exaedificaretur, quod non solum utramque librariam, sed etiam futuri temporis incrementum caperet. Huc id quoque consilii accessit, ut librariae theologorum et artistarum ita in atrio, quod exaedificandum esset, conjunctae proximo tempore publicae bibliothecae officio fungerentur atque cotidie per duas horas mane totidemque vesperi non solum magistris et doctoribus, sed etiam scholaribus et aliis viris doctis, qui Cracoviae morarentur, aditus paterent.

Neque diu magistri et doctores nostri, cum locum vacuum in proprio horto haberent, haec consilia perficere cunctabantur et cum a. 1515 mgr. Obiedzinius »pro libraria in Collegio majori fundanda« ad hanc rem 60 flor. sive 38 marcas dono dedisset, sine mora opus aggressi sunt. Celeriter quidem, cum pecunia ab Obiedzinio data admodum parva esset, domus erigi non potuit, at surgebat paulatim, cum unus alterve magister moriens novum donum ad eam perficiendam dedisset. Legaverunt igitur ad eam rem (cf. p. 288, »Libraria publica«): a. 1523 dr. Miechowita »100 flor. pro continuando aedificio librariae publicae in domo Collegii majoris«, a. 1526 dr. Leścinensis »100 marcas«, a. 1527 dr. Sacranus »20 marcas pecuniarum pro aedificio librariae«, item a. 1527 dr. Sternberg »50 aureos pro aedificio librariae publicae«, a. 1534 dr. Wratislawita »30 aureos pro consummanda libraria« et a. 1540 dr. Stawiszynius »20 aureos pro testudine librariae noviter erectae«. Jam igitur a. 1538 erat mgr. Lipnicensis »primus custos bibliothecae publicae in Collegio majori«; cum autem magistris et doctoribus Cracoviensibus a. 1559 dr. Koźminius »1000 fl. pro libris in bibliotheca Collegii majoris« legavisset aliaque minora legata bibliothecae scripsisset, poterant illi profecto vera cum gloria de se praedicare, esse in Universitate bibliothecam, quam ipsi creavissent, jam abhinc cuique officio suffecturam.

Non est igitur mirum, si eo temporis spatio, quod annis 1501 et 1560 definitur, plurimi libri bibliothecae dono dati sunt, in quibus incunabula, XV s. impressa, non exiguam partem efficiunt. Hic sequuntur nomina magistrorum et doctorum, partim etiam scholarium et baccalaureorum, qui praeter libros s. XVI impressos incunabula quoque bibliothecae dono dederant, aut eis, cum Cracoviae essent, utebantur; appositi numeri indicant, quot exempla ex eis, quae quisque donaverat, ad nostram aetatem in bibliotheca Jagellonica asservata sint:

Adamowski Stanislaus	1	Aurifaber Petrus alias Lubart Cracovita, suffraganeus Płocensis	5
Adrianes quidam	2	Aufrifaber Stanislaus alias Lubart Cracovita	4
Agricola Rudolphus Wasserburgensis	1	Bamsssmith Adam	1
Arciszewski Jacobus alias Erciszowski	1	Banckowski Nicolaus	1
Arundinensis Johannes de Trzciana	1	Bargiel Stanislaus Kazimirita	1

Bederman Thomas Poznanita	1	Episcopus Bernardus de Biskupie	
Bedleński Nicolaus	1	Cracovita	18
Belza Jacobus Cracovita, alias etiam Belzik aut Kreuzel dictus	1	Epperiensis Martinus de Apparias	3
Belza Martinus Cracovita	2	Fadener Caspar Wratislawita	1
Białkowski Stanislaus	16	Fagilucus Bartholomaeus Wratisla- wita	2
Biel Stanislaus Neopolitanus de No- we miasto, alias Albinus dictus	29	Felsztynensis Sebastianus de Fel- sztyń	1
Biem Martinus Ilkussius de Olkusz	56	Fridel Jacobus Klepardiensis de Florentia ad Cracoviam	40
Borkeman Jacobus Marienburgen- sis	3	Gedanensis Emericus-Henricus de Gdano	7
Borzyszewski Andreas, primas re- gni Poloniae	1	Gielniowita Jacobus a Gielniów	1
Brański Petrus	1	Glaber Andreas Kobylinius	2
Brodensis Nicolaus de Brody	2	Głogowita Johannes alias Glogar aut Gloger de Majori Głogowia	5
Bromirski Bartholomaeus	16	Głogowita Melchior de Głogowia	1
Brzezinius Adam de Brzeziny	1	Głownensis Michael de Głowno	1
Budensis Valentinus de Buda	3	Golunowski Nicolaus	1
Budny Johannes	1	Gościeszycy Mathias	1
Budziszewita Nicolaus alias Budzi- szewiensis aut Budziszewius de Budziszew	3	Goślowski Johannes	1
Burcardini Andreas Cracovita, alias Burkart aut Rajowski dictus	1	Gostyninus Jacobus de Gostyń- Gostynin	13
Bylica Stanislaus Ilkussius de Ol- kusz	1	Grodzicki Stanislaus, alias etiam Grodziskanus dictus	1
Chrzanowski Benedictus Siradi- ta fr.	1	Grubel Sebastianus de Sancto Gallo	1
Cieśla Stanislaus Cracovita, alias Carpentarius dictus	2	Grzymała Mathias	1
Crabus Nicolaus Cracovita	1	Heidecke Johannes de Dammis	5
Cracovita quidam et amici ejus	1	Henckel Johannes Wratislawita	1
Cracovita Gabriel de Cracovia	1	Hessus Johannes Norimbergensis	1
Cracovita Leonardus de Cracovia	1	Hirschberg Wenceslaus	2
Cracovita Stanislaus de Cracovia	1	Ilkussius Valentinus de Olkusz	3
Crotilianus Johannes	1	Jacobus mgr. (Hżanus de Hża?)	1
Cwikła Mathias de Bochnia	1	Jaktorowski Nicolaus	1
Czechowski Valentinus	1	Jaraczewski Johannes	2
Czepel Nicolaus Poznanita	154	Jasłensis Johannes de Jasło	1
Czuj Albertus Pilznensis	1	Johannes quidam ineuntis s. XVI	2
Czyrski Johannes	1	Johannes quidam a. 1524	2
Dąbkowski Nicolaus	15	Johannides Martinus Krosnensis	1
Dinkelspuehel Melchior	1	Junczuk quidam	1
Dzik Nicolaus	1	Karolus Mathias de Karoly	1
		Kazimirata Blasius de Kazimiria	1
		Kij Simeon Cracovita, alias Scipio dictus	1

Kleparziensis Jacobus de Kleparz	6	Lorek Johannes	1
Kleparziensis Johannes de Kleparz seu de Florentia ad Cracoviam	2	Łowicius Stanislaus de Łowicz .	1
Kobirdyński Jacobus	2	Lublinensis Franciscus de Lublin	1
Kobylinko Mathias Junior de Ko- bylino	1	Lucas quidam scholaris	2
Kołaczek Martinus Pokrzywnicen- sis de Comprovincia, alias etiam Koprzywnicensis dictus	1	Łukowita Johannes de Łuków .	2
Kołaczkowski Johannes	1	Łukowita Stephanus de Łuków .	2
Komżyk bacc.	1	Łysy Martinus Cracovita	3
Konecius Nicolaus de Jaromierz Jaromierzenus	1	M. M. (mgr. M.)	1
Koźmiński Albertus de Koźmin, alias etiam Koźminius dictus .	2	Magnus-Cantrifusor Mathias-Mat- thaeus Cracovita s. Cracovianus	3
Kostensis Jacobus de Kościan seu Kosten	1	Malej Franciscus de Warta . . .	1
Kostensis Mathias-Matthaeus de Kościan seu Kosten	3	Małkinka Hieronymus	1
Koźminius Aegidius de Koźmin .	1	Malski quidam	1
Krankowita Martinus de Kraków	5	Matla Adam Cracovita	3
Krawiec Mathias Ilkussius de Ol- kusz, alias Sartor dictus . . .	1	Mel Caspar Wratislawita	1
Krosnensis Paulus de Krosno Ru- thenus	13	Mezeński Jacobus	1
Krosnensis Valentinus de Krosno	2	Michałowski Johannes	13
Krypa Albertus Szamatulianus .	10	Miechowita Mathias de Miechów .	4
Krzyształowski Stephanus Władisła- wita	1	Miedzyleski Laurentius, episcopus Kamieniecensis	1
Krzycki Andreas alias Cricius .	1	Mikosz Nicolaus Cracovita	35
Kułał Martinus de Tarnowiec .	18	Mirosz Mathias Kurzelowita . . .	1
Kurozwęcki Krzeslaus	2	Mirzyński Nicolaus	1
Łącki Mathias	1	Molenda Johannes de Oświęcim .	2
Łagiewnicensis Vincentius de Łagie- wniki	1	Mstowita Johannes de Mstów . .	2
Łąkanus Gabriel de Łąka	2	Molowker Balthasar (Wratisla- wita?)	2
Łamchonius Johannes Poznanita .	3	Napachanius Antonius a Napacha- nie	2
Łaszkianus Felix de Łaszkki . . .	1	Neopolitanus Johannes de Nova civitate	4
Lelowiensis Johannes de Lelów .	1	Neopolitanus Michael de Nova ci- vitate seu de Nowe miasto Ru- thenus	4
Leopolita Johannes de Leopoli .	19	Nieczuja quidam	2
Leopolita Martinus de Leopoli .	1	Nikel Karl Cracovita	1
Libanus Georgius Legnicensis . .	1	Noskowski Johannes	1
Lis Mathias Krainius de Kraina .	10	Noskowski Lucas	1
Lorek Jacobus Gneznensis	1	Okoniewski Christophorus	3
		Oliwa quidam	1
		Orlik Franciscus de Orłów, alias Aquilinus nuncupatus	1
		Orlik Lucas de Orłów, alias Aqui- linus aut Aquilo dictus	4

Paczynensis Andreas de Paczyna	1	Rostkowski Stanislaus	1
Parisiensis Michael de Bystrzyków, alias etiam Paryski vocatus	16	Roźnowski Thomas	3
Pauma Casparus Ulmensis de Ulma alias de Ryepingen	1	Rudowski Andreas de Cracovia	1
Pełka Mathias	2	Rusocki Michael	1
Pictor Franciscus Siradita	4	Rydzynius Lucas de Rydzyna	4
Pieczychowita Leonardus de Pie- czychów seu Pieczychosty	1	S. Johannes	1
Pilznensis Stanislaus a Pilzno	3	Sabinka Bartholomaeus Cracovita, alias Regiopontanus dictus	1
Pilznensis Valentinus Petri de Pil- zno	1	Sacranus Johannes de Oświęcim Junior	15
Piotrkowita Albertus de Piotrków	1	Salęński Laurentius Kazimirita	1
Piotrkowita Ambrosius de Piotrków	1	Sandecensis Andreas ordin. Mie- chowiensis	3
Piotrkowita Petrus de Piotrków	1	Sandomirita Martinus de Sando- miria	1
Plesnensis Johannes de Plesna	1	Sandomirita Stanislaus de Sando- miria	1
Płocensis Jacobus de Płock	1	Sanocensis Johannes de Sanok	1
Pokrzywnicensis Nicolaus de Po- krzywnica seu Koprzywnica aut Comprovincia, dictus etiam Ko- przywnicensis	3	Schilling Johannes Cracovita	1
Pontificius Jacobus de Biskupiec	4	Schonbergensis Johannes	2
Poznanita Benedictus ordin. s. Au- gustini	1	Schwarz Paulus Cracovita	1
Poznanita Martinus de Poznania	5	Seceminius Dominicus de Secemin Sieprecius Jacobus a Siepre	1
Procopiades Johannes Szadkovius	3	Sieprecius Simeon de Siepre	2
Procopiades Nicolaus Szadkovius	8	Simeon vicarius	1
Promieniski Nicolaus alias Pro- mieński	1	Siradita Jacobus de Sieradz	5
Prosiński Johannes Piotrkowita	2	Skarbimiriensis Jacobus	3
Proszowita Jacobus de Proszowice	1	Śliwnicki Mathias	1
Proszowita Witek s. Vitus	1	Sobek Sigismundus	1
Przybyło Mathias Cracovita, alias Auctus dictus	6	Staniszowicius Johannes de Stani- szewice	2
Ptasznik Bartholomaeus de Pta- sznik	1	Stawiszynius Gregorius de Stawi- szyn	13
Pych-Pilezanus Nicolaus de Pileza	2	Steienpflug Adam Krosnensis	2
Rawensis Felix de Rawa	1	Steinensis Jodocus de Herbipoli	1
Rawensis Valentinus de Rawa	1	Sternberg Michael de Lgota Ol- snensis, alias etiam Olsnar dictus	34
Reguła Johannes de Reguły Cra- covita	1	Stobniczka Johannes de Stobnica	8
Reguła Nicolaus Cracovita	1	Strzelcius dr.	2
Roczowski Christopherus	2	Strzyżowski Petrus de Strzeżowice	1
Roczowski Sebastianus	2	Sudolski Stanislaus de Sudol alias de Jastrzębie	3
		Światłowski Wladislaus	1
		Świetlik Jacobus Poznanita	2

Swodzisowicius Albertus de Swodzisowice	39	Wielopolensis Stanislaus de Wielopole	2
Szamotulianus Gregorius de Szamotuły	2	Wildener Jacobus	1
Szamotulianus Johannes de Szamotuły	3	Wilstet Johannes Poznanita	5
Szamotulianus Simeon de Szamotuły	1	Wiśliczka Michael a Wiślica, alias etiam Wisłiciensis dictus	13
Szczecinius Albertus de Szczecin	2	Vitreator Leonardus de Dobczyce	6
Szydłowita Mathias de Szydłów	13	Vitreator Nicolaus de Dobczyce, alias de Trzemeśnia aut Huta	1
T. L. P.	1	Wojnowski Martinus Bochniensis	1
Tarnowita Laurentius a Tarnów	1	Wokenstadtensis Paulus de Wokenstath	3
Tarnowita Michael de Tarnów	1	Wolborita Andreas de Wolborz, alias etiam Fricius, Modrevius aut Modrzewski nuncupatus	1
Tatarus Stanislaus Cracovita, vulgo Tatarca nuncupatus	3	Wonsam Sebastianus Cracovita s. Cracovianus	1
Tomicki Petrus alias Tomicius, episcopus Cracoviensis	43	Wratislawita Michael de Wratislawia, alias etiam Falkener aut Wratislawiensis dictus	45
Toruniensis Wenceslaus z Torunia	3	Wróblewius Martinus de Wróblewo	1
Trzecieski Andreas de Koniuszowa	2	Vulturensis Bernardinus de Vulturo	1
Tulizek Nicolaus de Tuliszków	8	Wychowski Petrus de Wychowo	1
Turek Laurentius Przemyśliensis	1	Zaborowski Jacobus	2
Turobinus Michael de Lublin seu de Turobin	1	Zakliczowita Paulus de Zakliczów, alias etiam Zakliczowus nuncupatus	11
Turski Bartholomaeus a Tur	1	Zakrakowita Johannes	1
Urban Michael	2	Zalaszowski Stanislaus de Tarnów	1
Urzędowius Felix de Urzędów	2	Żarnowita Johannes de Żarnów	1
Wąchocinensis Martinus de Wąchocko	2	Zawisius Jacobus	1
Valthek Nicolaus Cracovita	28	Żytnensis Andreas de Żytne s. Żytno	1
Wielicius Nicolaus de Wieliczka	3		
Wielicius Nicolaus Alberti de Wieliczka, paterno nomine Mleczeko nuncupatus	16		

Praeclaram profecto descripsimus seriem largitorum et eorum virorum, qui libros impressos possidebant, praeclarum quoque et amplum numerum incunabulorum, quae dono data erant ab iis, quamquam librorum s. XVI ab iis donatorum numerus, id quod hoc loco non nostrum est attingere, multo major erat. Primum locum occupavit Czepel-Poznanita — opera 154!, quem sequuntur: Biemilkussius — 56, Wratislawita Mich. — 45, Tomicki epus — 43, Fridel-Klepariensis — 40, Swodzisowicius — 39, Mikosz-Cracovita — 35, Sternberg-Olsnensis — 34, Biel-Neopolitanus — 29, Valthek — 28, Leopolda Joh. — 19, Episcopus — 18, Kulap — 18, Belza Mart — 16, Bromirski — 16, Pausemus de Ośnica — 16, Wielicius Nic. — 16, Dąbkowski

15, Sacranus Joh.—15, Gostyninus—13, Krosnensis poeta—13, Michałowski—13, Stawiszynius—13, Szydłowita—13, Wisliczka—13, Zakliczowita—11, Krosnensis V.—10.

Non tantum numerum efficiunt dona, quae posteriore parte s. XVI, annis scilicet 1561—1600, bibliothecae oblata sunt:

Augustensis Zacharias de Augusta	1	Jacobejus Johannes Kurzelowita .	2
Aurifaber Johannes Poznanita . .	1	Jacobejus Stanislaus Kurzelowita	3
Baranowski Albertus	1	Janezka Sebastianus Klepardiensis de Florentia ad Cracoviam	3
Basennius Wenceslaus alias Bazenius	1	Jastrzębski Johannes Sandomirita	2
Bauwitzin Wilhelmus	1	Johannes mgr.	1
Będorski Felix alias Bądorsecius de Bandorzyno	2	K. M. scholaris	1
Bielecki Caspar Olszensis	2	K. S. M. scholaris	1
Blasiades Albertus Leopolda . . .	1	Ketlicz Jacobus	1
Borek Paulus	1	Kijeński Johannes	1
Borkowita Mathias	1	Kijewski Johannes Poznanita . .	2
Brictius Sebastianus Cracovita . .	1	Kłodawita Bartholomaeus de Kłodawa	1
Broniec Johannes Sandomirita . . .	1	Koczowski Nicolaus de Kocze, alias etiam Koczowius nuncupatus .	2
Broniski Caspar alias Braniski . . .	1	Krainius Albertus de Kraina . . .	1
Brzescensis Felix de Brzesko . . .	1	Krzykawski Christophorus	2
C. P. quidam	2	Kur Mathias, alias Gallus aut Kurkowicz	1
Carpentierius Johannes	1	Lazarides Felix Sieprecius	7
Cebrowski Andreas Kazimirus . . .	1	Lebellius Georgius	2
Ciżewski Johannes	1	Łodensis Petrus de Łodzia, alias Navensis dictus	3
Czernkowicz Adam	1	Łowicki Laurentius	1
Dilewski Martinus	1	Lublinensis Bernardus de Lublin	1
Dobrosielski Johannes Sandomirita	2	Łuszczewius Brictius de Łuszczew	1
F. quidam	1	M. R. P. C. S. C. scholaris	1
Fiol Martinus fr.	1	Martinus fr. ord. Praed.	1
G. M. (mgr.?)	1	Mathias quidam	1
Gąska Jacobus, alias Anserinus Pilznensis	1	Mlekities Petrus	1
Glicius Martinus, alias Glicza Pilznensis	6	Moefaliensis Gerardus	3
Greniciensis Benedictus de Granica	1	Mogilnensis Caspar de Mogilno .	2
Gronkowski Michael	1	Muscenius Johannes Senior Kurzelowita	4
Grzegorzowicz Maciek	2	Muscenius Johannes Junior Kurzelowita	1
Grzepsius Stanislaus, alias Grzepski aut Grzebski	1	Myszkowski Petrus, episcopus Cracoviensis	1
Haslbruner Johannes	1	Nervicius Martinus Kłodawita . .	5
Hinosowski J. A.	2		
Hosius Johannes Cracovita	1		
Jabłoński Johannes	1		

Nicius Johannes Leopolda, alias Nicz, Nycz aut Kasprowicz dictus	1	Sawicki Petrus alias Sawicius	1
Niewieściński N.	1	Scultetus Georgius Wratislawita	1
Nogaj Albertus Leopolda, alias Pe- dianus dictus	1	Seidler Joc. de Zell	3
Oczko Albertus Warszawita	1	Serafinek Petrus de Sochy	1
Opatowicius Petrus de Opatowiec	2	Sikorski Johannes ordin. Carmeli- tarum	2
Orzycki quidam	15	Simnius Paulus a Bnin	1
Ostrowski Stanislaus	1	Siradita malus de Bona Siradia	3
Ostrzensis Georgius de Ostrze	1	Ski Albertus	1
Paeliertinus Johannes	2	Skulski Stanislaus	2
Pajączek Caspar Radoszycius de Radoszyce, alias Pajączkowicz, Pajączkowiuz aut Araneus dictus	4	Solidus Johannes Cracovita	2
Panetius Nicolaus de Czerwieńsko Czerwińscius	2	Środanus Stanislaus a Śrzoda	1
Parvus Thomas	1	Stanowik de Stanowik	1
Parzniowski Gabriel	1	Strzembosz Andreas de Damniowice	2
Patawinus Georgius	2	Strzemieńczyk quidam	1
Pernus Nicolaus Cracovita	1	Suszecki Paulus Diengelli	3
Philopoeus Petrus Widawius	1	Suszyński Felix	3
Pilearski Zacheus	1	Szamotulianus Jacobus de Szamo- tuly	1
Pilznensis Balthasar de Pilzno	1	T. G. K.	1
Plaza Johannes	1	Tarczynius Johannes a Tarczyn	5
Plaza Samuel	1	Tarnowita Josephus de Tarnów	1
Podrzewski Mathias	2	Tomicki Johannes	2
Ponalecius Matthaeus fr.	1	Uchański Jacobus, primas regni Poloniae	1
Ponętowski Johannes	3	Urzędowius Martinus de Urzędów	3
Pontificius Laurentius de Biskupice	6	Urzędowius Valentinus de Urzędów	2
Poznanita Albertus de Poznania	1	Ustiensis Andreas de Uście	4
Poznanita Rochus de Poznania	1	W. B. quidam	1
Przemysliensis Matthaeus de Prze- myśl, alias Kurkowicz dictus	2	W. J. quidam	1
Racieński Thomas, alias Racieski nuncupatus	4	Warcab Caspar Radomiensis, alias etiam Cylindrinus nuncupatus	1
Ralevius Petrus	1	Widawius Valentinus de Widawa, alias etiam Vidaviensis aut Wi- dawita dictus	1
Reglicius Simeon presbyter	1	Wielicius Jacobus alias Wielicien- sis	1
Romer Adam Stęzycius	2	Wielicius Johannes a Wieliczka	2
Ronikewius Adam Cleputeliensis	1	Wiślicius Petrus	1
Rygwiński Stanislaus	1	Wiszniewski Vespasianus	1
Ryjeth Jostus	1	Wnuk Albertus Sandomirita	2
S. G.	1	Wojnicus Petrus a Wojnicz	1
Sacranus Stanislaus de Oświęcim	1	Wolski Petrus Dunin, episcopus Płocensis	1
Sacranus Thomas de Oświęcim	1		

Wrześnianus Adam de Września, alias etiam Wresnanus aut Tu- lichius nuncupatus	5	Zell Wolfgangus d'Tzell	3
Wydzierzowski Lucas	4	Zembrzuski Paulus alias Zebruski	1
Zaleski Johannes	1	Zimoszarski Balthazar de Ciecha- nów seu de Zimoszarz	1
Zarszyński Johannes de Zarszyn	1	Žnenensis Balthasar de Žnin, alias de Znena s. Snejna	3
Zawadzki Stanislaus Cracovita, alias etiam Picus nuncupatus .	1	Žnenensis Job Marci	1
		Zobecius Johannes Kazimirita .	1

Plurima sane incunabula, numero scilicet 15, Orzycki quidam largitus est, nam alii magistri et doctores parciore in libris donandis fuisse videntur. Itaque Lazarides dedit—7, Glicius—6, Pontificius—6, Nervicius—5, Tarczynius—5, Wrześnianus—5 exempla... Sed ne haec quidem omnia Cracoviae nova atque incognita erant, siquidem illi 15 libri, quos Orzycki dederat, omnes una ligati, jam pridem mgri Bromirski et Dąbkowski κτῆμα erant, quod et de multis aliis illius temporis incunabulis dici potest.

Idem fere valet de libris vetustissimis, quos magistri et doctores XVII s. bibliothecae reliquerunt:

Augustynkowicz Andreas	1	Gołakowski Simeon	2
Bandorkowicz Johannes	1	Golinius Basilius alias Goleń de Golina	1
Behm Michael Cracovita	1	Gołkowicz Simeon, alias Gołkowie aut Lasoń nuncupatus	6
Bohemius Andreas alias Czechowicz	1	Gregorowicius Sigismundus Ra- domscensis, alias Gregerowicz, Grygerowicz aut Kosicki dictus	3
Bonikowski Mathias Cracovita .	1	Grocholski Valerianus	1
Borecki Albertus alias Borowius	1	Grzybowski Bartholomaeus Lelo- wiensis	3
Brachowski Paulus	1	Helener Simeon Stanislaus Prze- myśliensis	1
Broscius Johannes Kurzelowita .	21	Ilmanowius Stanislaus Mylcoides	4
Burszowicz Mathias	2	Jalbrzykowski Wenceslaus . . .	4
Cynerski Johannes Rachtamowius aut Rachtamowicz	2	Jarczyński Johannes	6
Czerski Jacobus Warszawita . .	1	Kalwowiec Albertus	2
Dąbrowski Albertus Bodzentinus	2	Kiełoński Wladislaus	1
Dobrzyjałowski Mathias	1	Komoniowski Adam alias Komoń- ski	1
Ecclesienses Jacobus et Lucas Antonius ab Ecclesia	2	Konarzewski Matthaeus Kłodawita	3
Everdt Mathias	1	Korabius Valentinus de Zywiec, vulgo Korab aut Korabik dictus	1
Fontanus Valentinus Trachember- gensis seu Smogorzewiensis de Korzeńsko	2	Kościelcecy dni	1
Fusorius Bartholomaeus	2	Kosmatka Johannes Kalissiensis .	1
Garnier (de) Johannes Adamus .	1		
Gierlicices Stanialaus de Gorlice .	2		
Gilewski Martinus alias Gilewius Cracovita	4		

Kotyński Stanislaus Chęcینensis	3	P. Johannes	1
Kraśnicki Matthaeus alias Kraśnicus	3	Papenkowicz Albertus de Uście Hostiensis, Ostiensis seu Ustiensis, alias etiam Pepenkowius appellatus	1
Krzyżanowski Johannes	1	Papenkowicz Jacobus de Uście Hostiensis, Ostiensis aut Ustiensis alias etiam Papenkowius dictus	1
Kucharski Andreas	1	Petricius Sebastianus Pilznensis .	1
Kuczewicz Martinus	1	Petrikovius Stanislaus Cracovita (Piotrkowczyk ?)	1
Kudrowicz Kazimirus	1	Pijański Stanislaus Johannes . .	1
Kurowski Martinus	1	Pilznensis Josephus ordin. s. Augustini	1
Kurzelowita Laurentius alias Kurzelowius de Kurzelów	2	Piotrowicki Jacobus Bieccensis, alias Piotrowicius dictus	2
Kwaśniewicz Mathias Kurzelowita, alias etiam Kwaśny aut Kwaśniowicz dictus	7	Piotrowski Lucas	20
Łabęcki Daniel Cracovita	1	Piwoński Johannes	1
Łapiński Johannes	2	Płaczek Thomas Brzozowius . . .	1
Lasowius Albertus de Lasy	3	Płaza Alexander	1
Leopolita Adalbertus fr.	1	Płocensis Sebastianus	2
Leopolita Erasmus Sixtus de Leopoli	1	Pograbijs Andreas Pilznensis, vulgo Pograbek dictus	5
Leopolita Octavianus fr.	1	Porembius Melchior Illkussius de Olkusz	1
Leopolita Stanislaus de Leopoli	1	Proszowski Petrus Cracovita . . .	1
Lipecius Andreas, vulgo Lipecki dictus	1	Przemysliensis Johannes fr. . . .	2
Machatar Johannes Bapt. Moravus Višovita	1	Pudłowski Stanislaus	1
Makowski Martinus	1	Radymiński Martinus Samboritanus	1
Makowski Simeon Stanislaus	5	Rafałowicz Gregorius Przemysliensis	2
Manlius Christophorus	1	Ramusz Johannes	2
Marchetti J. medicus	3	Ranochowicz Stephanus	1
Miroszowski Christophorus	1	Renard fr.	1
Modliński Gregorius alias Modlenius	1	Rokowski Nathanael	1
Mogilnicensis Stanislaus de Mogilnica	1	Roszczewicz Adam Slupcensis . .	1
Mucharski Petrus Jarosławita	1	Rybkowicz Johannes	1
Nagoth Johannes Wladislaus	1	Schonaeus Andreas Głogowita . . .	9
Naporowicz Andreas	1	Sebaldt Andreas	3
Niedziałkiewicz Mathias	1	Sieprski Lucas	4
Obersbach Johannes Casparus	1	Sigonius Daniel Lelowiensis . . .	1
Olszyński Basilius	2	Siradita Johannes fr.	1
Opatowicius Albertus de Opatowiec	1	Skrobkowicz Johannes Ludovicus Cracovita	2
Ośliński Martinus	2		
Ostrowski Johannes Brzeźnicensis	1		
Ozdius Thomas Claudiopolitanus	1		

Słoskowski Adamus Rzeszowius	1	Ustiensis Jacobus de Uście, alias etiam Ostiensis aut Hostiensis	
Sokoliński-Drucki Johannes Kazimirus	1	dictus	1
Solkowski Lucas & Andreas	1	Ustiensis Simeon de Uście	2
Sporecius Mathias	1	Wadaczowicensis Stanislaus, alias etiam Wadaczewski nuncupatus	3
Stalicki Valentinus	2	Valentinus quidam	1
Stanislaus quidam	1	Waśniowski Albertus	1
Starnigelius Zacharias de Łowicz	5	Wieczorkowski Stanislaus	13
Starowolski Simeon	2	Wilkowski Materius	1
Stellanowicz Christophorus	1	Wit dnus	1
Steller Jacobus	1	Vitellius Jacobus Przeworscensis	4
Straszyński Kazimirus de Kanty	1	Włodkowiez Albertus Radomy- śliensis	1
Strażyc Albertus Kańczuganus	6	Wojnicus Stanislaus de Wojnicz	6
Stryjewicz Sebastianus	4	Wrzeszcz Nicolaus	1
Sulkowski Bartholomaeus	1	Zaborowski Johannes	6
Syrenius J.	1	Zajączkowski Julius Rudolphus	1
Taraliez Sebastianus Josephus	1	Zatorski quidam	1
Tarczynius Philippus	1	Żelechowski Wladislaus	1
Temberski Stanislaus Cracovita	15		
Trętkowski Thomas	3		

Jam hic numerus magistrorum et doctorum, nec non incunabulorum, quae donata sunt, si superiorum temporum ratio habetur, multo minor apparet, unde eos in librariis suis jam pauca tantum incunabula habuisse eaque minus versasse conjicias. Plurima sane habuerunt exempla: Broscius — 21 et Piotrowski — 20; pauciora alii: Temberski — 15, Wieczorkowski — 13, Schonaeus — 9, Kwaśniewicz — 7, Gólkowiez — 6, Jarczyński — 6, Strażyc — 6, Wojnicus — 6, Zajączkowski — 6... quorum pars non parva ab eorum in Universitate Jagellonica praedecessoribus jam antea legata erat. Itaque illa 15 incunabula Tembersii olim mgr. Bromirski, deinde Dąbkowski et Orzycki possidebant.

Etiam XVIII s. spatio minorem incunabulorum numerum a magistris et doctoribus nostris bibliotheca accepit:

Bogucicki Josephus Kantius	2	Pietrzyniec Hyacinthus Augustinus	
Cetner J.	1	Johannes Kantius Cracovita, alias etiam Pietzeniec scriptus	2
Choroszwicz Johannes Chrysostomus	1	Piorowski Antonius, alias Pierowski scriptus	1
Czekajski S.	1	Plecki Thomas Kantius	4
Jarmundowicz Kazimirus	2	Rembecki Michael Josephus	1
Kaluski Petrus	1	Sikorzyński Adalbertus Antonius	1
Krzyżanowski Thomas	1	Sławoszewski Johannes	1
Marinus Callistus Pisarenensis	1	Stochowicz quidam	1
Miciński Adalbertus	1	Swaryński Josephus	1
Montanus Camillus	1	Zieliński Josephus	1
Ostrowski Kazimirus	1		

Sed in hoc tam parvo incunabulorum numero exstant nonnulla. quae jam antea bibliothecae Jagellonicae propria erant, e. g. incunabulum a dre Bogucicki donatum, antiquum bibliothecae κτῆμα est, quod olim mgr. Sommerfeld Collegio majori legaverat.

Item non longa est series incunabulorum, quae s. XIX bibliotheca comparavit, quamquam nostro seculo ea acquisitio jam aliam viam atque rationem iniit:

Bandtke Georgius Samuel Lubli- nensis	6	Jankowski de regno Poloniae	1
Bromirski Leo	2	Januszkiewicz quidam	3
Bzowski Stephanus de regno Po- loniae	3	Kaczkowski Romualdus	1
Dąbmski Wladislaus	1	Kraiński prof.	1
Dobiecki Wojciech	18	Krański Adamus Stanislaus	2
Frankowski de regno Poloniae	3	Michałowski Ludovicus	13
Grabiński Valentinus	1	Pauli Żegota	1
Hube Romualdus	7	Przybylski Hiacynthus Aegidius	1
Hubicki Romanus	1	Schindler Johannes Baptista	4
Jakubowski Josephus	3	Wentzl Conradus Cracovita	1
		Zatorski Maximilianus prof. Uni- versitatis Jagellonicae	1

Et in hoc numero sunt nonnulla exempla. quae olim bibliotheca jam possidebat; itaque duo incunabula a Dno Bzowski a. 1883 dono data, cum jam olim mgri Sommerfeld-Aesticampiani propria fuissent, deinceps in alienas manus pervenerunt. Eandem fortunam alii quoque libri illius viri celeberrimi et de literis humanitatis meritissimi passi sunt; nam tria ejus incunabula possedit deinde mgr. Mich. Wratislawita, unum Jastrzębski, unum mgri Muscenius-Kurzelowita et Oczko-Warszawita! Etiam aliorum magistrorum et doctorum Cracoviensium libris id evenit, ut a magistris et scholaribus per manus traditi tandem quasi in portu in bibliotheca publica Collegii majoris Universitatis Cracoviensis tutum per-
fugium invenirent.

Nihilominus tamen ex iis, quae supra attulimus, plane elucet. eam bibliothecae Jagellonicae partem, quae nunc »Incunabula« vocatur, verum illud ejus ornamentum et decus, fere totam ex munificentia veterum magistrorum et doctorum Cracoviensium natam esse. Maximam librorum copiam, ut supra demonstravimus, Świętopelk, Sommerfeld et Czepel largiti sunt; multi autem eorum collegae et amici, qui s. XV et XVI et postea in Universitate docebant, hanc munificentiam pro virili parte sunt imitati. Qui libri ab eis donati eo magis nostros animos detinent, quod ii, qui eos olim possidebant, suis ipsorum manibus manifesta vestigia fecerunt, quibus dilucide apparet, ejusnam κτῆμα fuerint.

Horum vestigiorum duo genera in hac editione accuratius depingenda et illustranda curavimus.

Nam primum nominum, quae librorum possessores suis manibus subscripserant, accuratam descriptionem et imaginem depinximus; neque tamen omnia, quae exstant nomina, excudi placuit, sed omissis aliis eos tantum magistros et

doctores XV s. exeuntis et XVI ineuntis delegimus, qui cum opusculum quoddam aut typis mandassent aut manu scriptum reliquissent, non solum docendo, sed etiam libris scribendis et edendis gloriam quaesiverunt. Huc pertinent magistri et doctores: Behem-Cracovita, Biem-Ilkussius, Joh. Głogowita, poëta Krosnensis, Joh. Leopolda, Parisiensis de Bystrzyków, Sommerfeld-Aesticampianus, Tauchen-Nissanus, Tuliszek de Tuliszków, Leonard. Vitreator et Mich. Wratislawita.

Deinde etiam armorum et signorum depictas imagines attulimus, quae quidem ipsi librorum possessores aut in illis depingenda aut in ligatura exprimenda curaverant, sive sunt magistrorum et doctorum nobili loco natorum arma, sive signa virorum urbanae aut plebejæ originis. Cum autem novissimis nostræ ætatis temporibus de nobilitatis Polonorum et armorum, ut affirmatur, polonica origine novæ et diversissimæ sententiæ prolatae sint, hanc nostram curam, qua arma et signa in antiquissimis bibliothecæ Jagellonicae libris impressis depicta huic editioni adjunximus, eis, qui in eam rem diligentius inquirere velint, non ingratham fore speramus.

Item notitias varias, ab ipsis positas, fere omnes, paucis tantum omissis, addidimus. Quae cum varii argumenti sint, tamen maximam partem palaeopolonicae linguae reliquias continent; neque tamen desunt aliae notae, quae ad res gestas, literarum studia, mores etc. spectant. Quae quidem mgr. Sommerfeld extremo vitæ tempore de valetudine sua in uno de incunabulis suis scripsisset, cum jam supra attulissemus, hic paucas tantum easque gravissimas adnotationes addi placuit; omnes enim ordine proferre neque hujus loci neque temporis est.

Itaque in uno incunabulorum exemplari (Magi, nr. 1830) occasione expugnatae 1. VI a. 1485 a rege Mathia Corvino Viennæ carmen lactum sex egregiis versibus a mgro Głogowita jam brevi post, nam »in octava Corporis Christi«, id est 9. VI ejusdem anni, compositum deprehendimus.

Alii autem incunabulo intus charta ingens agglutinata est, qua maximis, distinctis proculque conspicuis literarum formis gothicis haec indicta sunt: »Cras post primam missam ad s. Annam mgr. Johannes Wels de Poznania, bacc. in medicinis, has infrascriptas ordinarie disputabit quaestiones. Quarum prima erit haec: Utrum lumen in diaphano sit qualitas vel corpus? Secunda erit: Utrum ars militaris viros septentrionales debeat eligere potiores? Duobus sophismatibus juxta consuetudinem praedisputatis. In lectorio superiori«. Inde minime dubium est, quin ille Wels de Poznania, baccalaureus in medicinis, postea doctor et professor medicae facultatis, cum ejusmodi quaestionibus de naturae rebus investigandis collegarum et scholarium animos occuparet, is vir esset profecto, qui doctrinae, cui ab adolescentia totum se dederat, dignitatem et majestatem non solum servare, sed et augere posset.

Denique haec quoque notitia digna est memoratu. Notum est nunc per totam Poloniam proverbium sive dictum:

Polski most,
Niemiecki post.
Włoskie nabożeństwo:
Wszystko to błazeństwo!

Hanc tam brevem carminis formam in libro demum Risinii, cui inscriptum est »Przypowieści« a. 1629 edito, inveniri dr. Adalberg in egregio opere, cui titulus est: »Księga przysłów, przypowieści i wyrażen przysłowiowych polskich« (p. 419) auctor est. At in pretioso et integerrime asservato exemplari Schedelii »Liber chronicorum«, (nr. 460). Norimbergae a. 1493 impresso, quod olim Tomicii episcopi fuerat, nunc ex ejus munificentia bibliothecae Jagellonicae pulcherrimum decus est, idem carmen circa a. 1530 ab ipso Tomicio aut a quodam ex ejus secretariis aut cappellanis latine conscriptum, hanc multo uberiorem formam praebet:

Devotio in Italia,
 Paupertas in Venetia,
 Alomanorum jejunia,
 Religio in Bohemia.
 Fides in Hungaria,
 Humilitas in Austria,
 Castitas in Bavaria,
 Simplicitas in Suevia,
 Veritas in Slesia.
 Ruthenorum consilia.
 Pruthenorum homagia.
 Pons in Polonia,
 Cibaria in Marchia,
 Cervisia in Erfordia,
 Formosa mulier in Aethiopia:

Nihil valent haec omnia!

Praeterea inter vestigia, quae magistri nostri, praesertim autem scholares et baccalaurei Cracovienses, in incunabulis reliquerunt, id quoque non spernendum numerari debet, quod non paucos libros Cracoviae suis manibus illuminaverunt, multo plures autem ligaverunt. Quod minime mirum est, cum omnium Universitatum, ubicumque exstarent aut conderentur, scholares et omnes personas, quae »membra Universitatis« esse putarentur, medii aevi monachorum exempla imitatos, libros manuscriptos, post artem typographicam inventam vero etiam impressos suis manibus illuminasse et ligasse, aliunde satis constet. Idem mos apud nos evaluit.

Illuminatorum quidem duo tantum nomina sua ad memoriam posteritatemque prodiderunt: Jacobus Jeżowski de Jeżów et Valentinus Pilznensis de Pilzno

Quorum Jeżowski, Nobilis de armis Sierp et sb a. 1484 scholaris Cracoviensis ac per tres annos (usque ad a. 1488) servitor mgri Świętopelk, ad usum domini sui »Bibliam s. latinam« ex a. 1480 (nr. 1734) illuminavit, ejus in fronte arma sua Sierp in scuto cum literis J.(acobus) J.(eżowski) nitidissime depinxit. Verisimillimum est alia quoque incunabula, a dre Świętopelk donata, quae quidem literas initiales adpictas habent, ab eodem esse illuminata.

Valentinus Pilznensis autem, civis de signo Lis in scuto, sive potius Lis paterno nomine nuncupatus, scholaris Cracoviensis erat ab a. 1474, magister ab a. 1480. Qui »per sex dies tempore quadragesimali a. Dni 1480, cum stetit in bursa Jerusalem«, illuminavit Avicennam a. 1476 impressum (nr. 670), item alium Avicennam, a. 1479 impressum (nr. 669), quem dri Łabiszynio ad usum dedit. Eum alios quoque libros impressos, ita tamen ut nomen suum in eis non scripserit, illuminasse jure conjicias.

Multo plura exstant incunabula. quae a magistris Cracoviensibus nec non a scholaribus et baccalaureis ligata erant. Quin etiam dubitamus, num usquam inveniatur bibliotheca Universitatis. quae tanta multitudine librorum a magistris et scholaribus s. XV exeunte et XVI ineunte ligatorum gloriari possit.

Primo loco ante omnes nominandi sunt ii, de quibus supra dictum est, Jeżowski de armis Sierp et Pilznensis de signo Lis: nam uterque libros non solum illuminabat. sed etiam ligabat. Quamquam enim Jeżowski in libris, quos ligavit. nomen suum nusquam prodidit, tamen libros olim dris Świętopelk proprios. quorum quidem literae initiales sunt illuminatae. illuminator vero aut bibliopega ignoratur. ab eo esse ligata, maxime probabile est.

Pilznensis autem in cornibus aut secundum marginem ligaturae, rarissime etiam in dorso librorum, quos ligaverat, signum Lis in scuto aut Lis in scuto et rhombo cum literis M.(gr.) P.(ilznensis) exprimere solitus est. Multos ille eo modo ligavit libros in usum mgri Świętopelk, aliquot etiam magistris Biel. Gromadzki. Leopolda. Sommerfeld, Szyszka et aliis, ex quo eum libros ligando et illuminando non paucos annos vitam sustentasse apparet.

Simili modo in cornibus aut secundum marginem corii ligaturae nomina aut signa exprimebant alii quoque scholares, baccalaurei et magistri Cracovienses, qui eo tempore libros ligabant. bibliopegarum vice functi: A. H. de signo Aquilae cum corona et literis H. A. in scuto, Bylina seu Belina, Joh. Cracovita, Falco (Chwałko?). Grzymała, Jelonek. Johannes de s. Johanne. Lwowecensis, Lithuanus de signo Pogonia. Malleolus. Marcus de s. Marco. Procopiades de Szadek, Psitacus de Rivulo dominarum, Q. (Quinqueecclesiensis de Nissa?) de signo Aquilae bicipitis cum litera Q. in scuto. S. de signo proprio, Simius, Slepowron, Wąż de signo Wężykowie aliique scholares neque nomine neque genere noti, qui in tegumentis diversissimas aquilas exprimebant, cum corona et sine corona, in scuto, circulo, rhombo, quadrato etc., quae omnia signa una collecta in editione nostra sub voce »Introligares« (p. 236 sqq.) depingenda curavimus.

Tempore vetustissimus fuisse videtur Joh. Cracovita, in adolescentia scholaris, deinde »servus civitatis et introligator«. In ligamentis solebat ille exprimere aut Aquilam cum corona et literis I.(ohannes) C.(racovita) in scuto. aut Aquilam cum corona sine literis I. C. in scuto, aut denique Malleolos majores aut minores cum literis I. C. in scutis.

At cognitione et memoratu maxime omnium dignus est Nicolaus Procopiades Szadkovius. ab a. 1504 scholaris. ab a. 1512 artium magister Cracoviensis. Genere ille quidem erat civis de signo Strutionis pennae cum stellulis, sed cum a. 1504 pauper scholaris Cracoviam venisset, initio socius introligatoris Q. de signo Aquilae bicipitis erat. Mox cum introligator Q. urbem reliquisset, postquam, ut videtur. suppellectilem libris ligandis destinata hereditate accepit, suo nomine libros ligabat. in quibus imprimebat initio Aquilam bicipitem in scuto. postea Aquilam bicipitem cum litera S.(zadkovius) in scuto. denique ab a. 1512. cum jam magister esset. Aquilam bicipitem cum literis M.(gr.) N.(icolaus) Szadkoviusi in scuto. Ea igitur vitae ejus conditio fuisse videtur. ut libros ligando res ad victum cultumque necessarias sibi pararet. Posteriore tamen tem-

pore († 22. XII 1564) Procopiades doctoris gradum assecutus s. theologiae professor erat et annis 1548—1561 novies rectoris Universitatis Jagellonicae munere fungebatur. Singularem profecto virum, qui in adulescentia pauper scholaris et bibliopega, in senectute iterum atque iterum Magnificus studii generalis Cracoviensis fuerit!

Hactenus de ligatura incunabulorum. Non opus est sane addere, Cracoviensium tantum bibliopegarum nos rationem habuisse, quorum quidem signa in ligaturis ab illis factis ad nostra tempora integra asservantur, exteris ligaturas, quae in bibliotheca Jagellonica exstant, silentio praetereuntes. Neque desunt etiam in his quaedam, quae memoratu digna putamus. Itaque librorum a dno Czepel olim donatorum vix paucissimi Cracoviae ligati erant, partim antequam a. 1504 Romam profectus est, partim circa a. 1522, cum post mortem († 0. IV 1518 Romae) libri ejus Cracoviam transportati essent; omnes vero reliqui, qui quidem integri ad nos pervenerunt. Italica tegumenta prae se ferunt.

Unum denique restat, quod hoc loco paucis explicandum esse censemus. Qui quidem primitus impressi libri numero sane non spernendo 3000 vel potius 2400 incunabula in bibliotheca Jagellonica asservantur, eorum fere quingenta Hainio, cum singulare opus »Repertorium bibliographicum« conscriberet ederetque, nota erant, quae tamen, cum secundum varios impressos jam tum libros bibliographicos et bibliothecarum catalogos descripsisset, suis oculis numquam vidit. Ea in nostra editione ita distinguenda curavimus, ut numero, quo nunc in bibliotheca signata sunt, adnotatio: »cf. Hain« et numerus »Repertorii« adjecta sint. Sunt tamen in bibliotheca Jagellonica complures libri s. XV exeunte impressi, quorum quidem Hainius nullam notitiam habuit. Quos literarum ordine dispositos hic subjicimus:

- | | |
|---|--|
| <p>Accoltus. Commentaria super titulo de acquirenda possessione. Papiac, impr. per Christoph. de Canibus, 1494, fol. maj. (989).</p> <p>Aesopus graecus, per Laur. Vallensem traductus. (Parisiis), s. a., 4to. (366).</p> <p>Albeldensis. Illustrium virorum opuscula. Parisiis, impr. Jeh. Petit, 1500, fol. (652).</p> <p>Albertus M. De anima. Venetiis, impr. per mgrum Raynaldum de Novimagio, 1481, fol. (434, 1651, 2383, 2384, & 2629, 5 exemplaria!).</p> <p>Altissiodorensis. Aurea Summa in Sententiarum libros. Parisiis, paravit Franc. Reginaldus, s. a. (1500? an posterius?), fol. (2307).</p> | <p>Ambrosius s. Super Epistolas Pauli. (Basileae, 1492?), fol. (496).</p> <p>Andreae A. Quaestiones super XII libros Metaphysicae Aristotelis. S. l. & a. (1492 ?), fol. (503 & 1697, 2 ex!).</p> <p>— Scriptum aureum super Metaphysicam Aristotelis. Venetiis, impr. per Joh. Rubeum Vercellensem, 1496 die 8 Februarii. fol. (? hodie desideratur!).</p> <p>Andreae J. Lectura super arboribus consanguineitatis. S. l. & a., fol. (1245).</p> <p>Andrelinus P. F. De obitu Caroli VIII. (Parisiis), s. a., 4to. (371).</p> <p>— De moralibus et intellectualibus virtutibus panegyricum carmen. (Parisiis), s. a., 4to. (372).</p> |
|---|--|

- Aquinas s. Scripta super quatuor Sententiarum libros. (Basileae), impr. in officina Nicol. Kessler, 1492, fol. (1587, 1946, 1947 & 1948, 4 ex!).
- Tractatus perutilis de unitate intellectus. (Venetiis, impr. Raynaldus de Novimagio, 1471?). fol. (436).
- Argentinensis Th. Scripta super quatuor libros Sententiarum. I—IV. Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1490. fol. (1721, 1722, 1723, 1724, 1725, 2321 & 2325, 7 ex!).
- Item, I—II. Ibidem, 1490, fol. (1726, 1727, 2322, 2323, 2326 & 2327, 6 ex!).
- Item, III—IV. Ibidem. 1490, fol. (1728, 1729, 1730 & 2324, 4 ex!).
- Aristoteles. Opera, cum commento Averrois. S. l. & a., fol. (602).
- Libri quatuor De coelo et mundo. Lipezk. impr. per. bacc. Wolfg. Monacensem, 1500. fol. (?; hodie desiderantur!).
- Parva naturalia. De generatione et corruptione. S. l., 1488 tertio Nonas Martii, fol. (?; hodie desiderantur!).
- Traductio nova Problematum Aristotelis. Mantuae, impr. per Joh. Vurster et Joh. Baumeister. (1471?), fol. (610).
- Textus libri Perihermenias. S. l. & a. (Lipsiae, impr. Mart. Herbipolensis), fol. (1448).
- Posteriorum analeticorum libri duo. S. l. & a., fol. (2219).
- Astesanus. Textus Canonum poenitentiarum. S. l. & a., 4to. (11.774 Theol.).
- Augustinus s. De meditatione liber. S. l. & a., (Argentorati, impr. c. 1474 aut antea), fol. min. (1703).
- Omnes libri. S. l. & a., (Cracis, Günther Zainer impr., 1475), fol. (1987).
- Soliloquiorum liber I & II. S. l. & a., (Augustae Vindel., impr. Günther Zainer, c. 1471), fol. min. (4944 Theol.).
- Confessionum libri XIII. Daven- triae, impr. per Rychardum Paffroed, 1483, 4to (142).
- De trinitate. S. l., (Basileae), impr. per Joh. Amerbach, 1489 Idib. Februarii, fol. (?; hodie desideratur!).
- De civitate Dei libri XXII. Vene- tiis, impr. per Bonetum Locatellum sumpt. Octav. Scoti Modoet., 1486 quinto Idus Februarii, 4to (144).
- Florigerus ex plerisque libris b. Au- gustini. S. l. & a., (Coloniae, impr. Joh. Koelhoff. c. 1475), fol. (1071 & 1592, 2 ex!).
- Averroes. Commentum super Aristotelis libros Ethicorum. S. l. & a., (Ve- netiis, impr. per Andr. de Asula et Barthol. Alexandrinum), fol. (605).
- Avicenna. Cantica, cum commento Aver- rois. Venetiis, impr. per Petrum Manfer et Nicol. de Contengo Fer- rariensem. 1484. fol. (675 & 1714, 2 ex!).
- Basilii M. De studio poëtarum et ora- torum. S. l. & a., 4to. (225 & 2409, 2 ex!).
- Beckenhaub. Tabula super libros Sen- tentiarum. S. l. & a., fol. (774).
- Tabula super libros Sententiarum. S. l. & a. (1499), fol. (777, 2167 & 2376, 3 ex!).
- Tabula super libros Sententiarum. S. l. & a., fol. (785).
- Tabula super libros Sententiarum. S. l. & a., fol. (782 & 2165, 2 ex!).
- Bellovacensis Vinc. Opuscula. Basileae, impr. per Joh. Amerbach, 1481, fol. (747).
- Speculum doctrinale, lib. I—XVIII. S. l. & a., fol. maj. (1601).
- Speculum doctrinale, lib. I—XVIII.

- Nurembergk, impr. per Ant. Kobergers, 1486, fol. maj. (1608 & 2407, 2 ex.!).
- Speculum doctrinale. Venetiis, impr. impensis Hermanni Liechtenstein, 1494, fol. (1600).
- Speculum historiale, pars I lib. I—V. S. l. & a., fol. maj. (1610).
- Speculum historiale, pars II seu lib. XI—XXI. S. l. & a., fol. maj. (1597).
- Speculum historiale, pars I & II. (Argentorati), impr. per Joh. Mentelin, (1473), fol. maj. (1603).
- Speculum historiale, pars III & IV. (Argentorati), impr. per Joh. Mentelin, 1473 quarta die Decembris, fol. maj. (1609).
- Speculum historiale. Nurembergae, impr. per Ant. Koburger, 1483, fol. maj. (1602, 2102 & 2410, 3 ex.!).
- Speculum historiale. Venetiis, impr. cura Hermanni Liechtenstein, 1494, fol. (1611).
- Speculum morale. S. l. & a., fol. (1613).
- Speculum morale. Nurembergk, impr. per Ant. Kobergers, 1485, fol. maj. (1612).
- Speculum morale. Venetiis, impr. impensis Hermanni Liechtenstein, 1493, fol. (1599).
- Speculum naturale, lib. I—XVIII. S. l. & a., fol. maj. (1605 & 2048, 2 ex.!).
- Speculum naturale, lib. I—XVIII. S. l. & a., fol. maj. (1606).
- Speculum naturale, pars II seu lib. XIX—XXXIII. S. l. & a., fol. maj. (1604).
- Speculum naturale, pars II seu lib. XIX—XXXIII. S. l. & a., fol. maj. (1607).
- Speculum naturale. Venetiis, impr. impensis Hermanni Liechtenstein, 1494, fol. (1598).
- Liber de eruditione filiorum regalium. S. l. & a. (Rostochii, apud fratres Congregationis domus viridi horti, 1476?), fol. (? hodie desideratur!).
- Bellovisus. De declaratione difficultium dictorum et dictionum in theologia et philosophia. S. l. & a., explicit die penultimo Maji, fol. (855).
- Beroaldus. Carmen de die Dominicæ passionis. Parisiis, impr. per mgrum Ant. Denidel, s. a., 4to (378).
- Biblia s. latina. S. l. & a., fol. (753).
- vulgar historiata (italica). Venetia, stampata per Guigl. da Trino de Monferato, 1493 a di xxiii de Aprile, fol. (6780 Theol.).
- pauperum xylografica. S. l. & a., impr. c. 1460—1475, fol. (? hodie desideratur!).
- Boccatius. Il Filocolo. (Milano), impr. per Philippo de Lauagnia soto sui Alamani impressore del ello, s. a., fol. (1423).
- Genealogia deorum. Vincentiæ, impr. per Sim. de Gabis Papiensem, 1487, fol. (762).
- Boethius. De consolatione. Venetiis, impr. per Joh. de Forlivio et Greg. fratres, 1491, fol. (? hodie desideratur!).
- De disciplina scholarium. S. l., 1500 xviiij mensis Augusti, 4to. (48 Paedag.).
- Bonaventura s. Quaestiones super Imo Sententiarum libro. S. l. & a., fol. (775 & 2161, 2 ex.!).
- Quaestiones super IIdo Sententiarum. S. l. & a., fol. (776).
- Perlustratio in archana IIIItii Sententiarum libri. S. l. & a., fol. (6862 Theol.).
- Perlustratio in Imum Sententiarum. S. l. & a. (1493). fol. (783 & 2166, 2 ex.!).

- Disputata in Imum Sententiarum librum. S. l. & a., (1499), fol. (778, 2168 & 2377, 3 ex.!).
- Prima pars hujus operis, videlicet disputata in Imum Sententiarum librum. S. l. & a., (Nurenbergae, impr. Ant. Koberger), fol. (786).
- Secunda pars hujus operis, scilicet IIdi Sententiarum. cum disputatis. S. l. & a., (1499), fol. (779, 2169 & 2378, 3 ex.!).
- Secunda pars hujus operis, scilicet IIdi Sententiarum, cum disputatis. S. l. & a., fol. (787).
- Brixienſis Barth. Casus Decretorum. S. l. & a., fol., (719).
- Burlaeus. Super Artem veterem Porphyrii et Aristotelis. Venetiis, impr. per Andr. Catharensen. 1492, fol. (516).
- Super Artem veterem Porphyrii et Aristotelis. S. l. & a., fol. (1786).
- Caesar C. J. Commentarii, recogniti per Philipp. Beroaldum. Bononiae, impr. Benedict. Hectoris, 1500 (? 1504?), fol. (2226).
- Cajetanus Th. In Porphyrii Praedicabilia ac Aristotelis Praedicamenta. Venetiis, in officina mgri Petri Cromonensis, 1494, fol. (? hodie desideratur!).
- Casus longi super Institutis. S. l. & a., fol. maj. (2042).
- papales. S. l. & a., (Romae, c. 1480), 4to. (9390 Theol.).
- Cepolla. De servitutibus urbanorum et rusticorum praediorum. S. l. & a., (Romae, 1472?), fol. maj. (702).
- Tractatus servitutum rusticorum praediorum. S. l. & a., (Romae. 1472?), fol. (703).
- Cicero. De finibus bonorum et malorum libri. S. l. & a., (Venetiis, 1494), fol. (871).
- De legibus. S. l. & a., fol. (1270).
- Cleonides. Harmonicum introductorium. Florentiae, 1496, fol. (2311).
- Consuetudines feudorum. S. l. & a. (Argentinae, impr. Henr. Eggensteyn, c. 1472), fol. maj. (1369, 2357, 2 ex.!).
- Copulata Veteris artis. S. l. (Coloniae, impr. Henr. Quentell), 1500, fol. (612).
- Novae logicae. Coloniae, opera H. Quentell, 1499, fol. (611).
- Novae logicae. (Lypczk, impr. per bacc. Wolff. Monacensem), 1500, fol. (1951).
- Corsetus. Singularia et notabilia. Venetiis, impr. per Bernard. de Tridino de Monteferrato, 1499, fol. maj. (1757).
- Cuba de Caub. Hortus sanitatis. S. l. & a., fol. (1305).
- Cursus optimarum quaestionum. (Coloniae, impr. Henr. Quentell), fol. (2431).
- Decisiones antiquae et novae dnorum de rota romana. (Romae, impr. per Sixtum et Georg. Alemanos, 1483), fol. (1764).
- Defensorium ecclesiae. S. l. & a., fol. (1193).
- Diegovillanus. Contra haeticam pravitatem. (Romae, impr. Hugo Gegenbach), s. a., fol. maj. (2105).
- Dorbellus. Logica brevis. S. l. & a., fol. (1292).
- Eliacus. De anima tractatus et sermones. (Bruxellis, apud fratres vitae communis, c. 1480), fol. (1395).
- Exercitium puerorum grammaticale. Coloniae, impr. per Henr. Quentell, 1499 sexto Martii, 4to. (313).
- Faber W. Practica. (Lipsiae), s. a., 4to. (30).
- Practica teutsch 1495. (Lipsiae), 4to. (2268).

- Practica teutsch pro a. Dni 1498. (Lipsiae), 4to. (275 Math.).
- Kalendarium pro a. 1498. (Lipsiae), fol. maj. (1978).
- Falconia. Excerptum e Maronis carminibus. (Venetiis, 1472), fol. min. (1055).
- Centones. Oppenheim, s. a. (1500), 4to. (2639 Philol. lat.).
- Ferrarius Joh. P. Practica nova judicialis. Lugduni, impr. Matheus Husz Allemanus, 1487 quarta die Novembris, fol. min. (967).
- Practica nova judicialis. Venetiis, impr. per mgrum Andr. de Papia, 1492 die octavo Decembris. fol. maj. (1147).
- Festus S. P. De verborum significationibus. Brixiae, impr. per Boninum de Boninis de Ragusia, 1483 xvij die Junii, fol. (1302).
- Fliscus H. Ad Innocentium VIII oratio dicta a. Dni 1485 die 27 Aprilis. (Venetiis, 1485), 4to. (6616 Hist.).
- Flores legum. (Parisiis, impr. Jeh. Petit, 1500), 16mo. (4278 Jus).
- Fontanus Joh. Fons theologiae. S. l., 1479 die Decembr. undecima, fol. (856).
- Forlivius Jac. Expositio super libros Tegni Galeni. Venetiis, impr. arte Boneti Locatelli, impensa vero Octav. Scoti Modoet., 1495 Kalendis Martii, fol. maj. (1139 & 2606, 2 ex.).
- Expositio in Imum Canonis Avicennae. S. l. & a. (c. 1475), fol. maj. (1132).
- Fulginas Expositio super 1mam Fen Viti Canonis Avicennae. Venetiis, impr. per Bapt. de Tortis, 1490 die xxiii Januarii, fol. maj. (1498).
- Gallus Alex. Doctrinale, pars I. S. l. & a. (Ultrajecti, c. 1470), 4to. (2269).
- Prima pars Doctrinalis. Coloniae, impr. per Henr. Quentell, 1491 Idibus Augusti, 4to. (341).
- Secunda pars Doctrinalis. Lyptzk, impr. per bacc. Wolfg. Stoeckel de Monaco, ad impensas Joh. Haller, 1500, 4to. (? , hodie desideratur!).
- Garlandiensis. Textus aequivocorum. (Coloniae, impr. Henr. Quentell), 1495 die xxvii mensis Aprilis, 4to. (203).
- Verborum deponentialium tractatus. S. l. & a., 4to. (206).
- Geber. Liber, qui flos naturarum vocatur. S. l. & a., 4to. (5621 Medic.).
- Gerson. De consolatione theologiae. Coloniae, impr. per Joh. Koehlhoff de Lubeck, 1488, fol. (1665).
- De custodia linguae. (Coloniae impr. Ulr. Zell), s. a., 4to. (2295).
- De simonia, fol. (? , hodie desideratur).
- Donatus moralisatus. S. l. & a., fol. min. (1069 & 1806. 2 ex.).
- Gesta romanorum. S. l. & a., fol. maj. (307).
- Giudicius. Oratio. (Romae, 1479), 4to. (6417 Hist.).
- Glogowita Joh. Exericitium super omnes tractatus Parvorum logicalium P. Hispani. Lipsiae, ad impensas Joh. Haller impr. per bacc. Wolfg. Stoeckel Monacensem. 1500, 4to. (277 Philos. pol., 2596, 2608, ? , ? , ? , ? , 7 ex., quorum 4 hodie desiderantur!).
- Kalendarium Cracoviense pro a. Dni 1500. (Lipsiae, impr. per Mart. Landsberg de Herbipoli), 4to. (288 Kalend.).
- Goudanus. Expositio misteriorum misae. Argentinae, impr. per Math. Hupffuf, s. a., 4to. (9510 Theol.).
- Goudensis. Ode. Parrhisiis, impr. opera atque impensa Guidonis Mercatoris 1497 xiiij Kalendas Februarias, 4to. (381).

- Gregorius I. Exceptiones ex opusculis
b. Gregorii. S. l. & a., 4to. (363).
- Gregorius IX. Decretalium libri. Venetiis, imp. per Raynaldum de Novomagio, 1489 sexto Kal. Junii, fol. maj. (835).
- Guarinus. Grammaticales regulae. Venetiis, impr. per Nicol. dictum Castilia, 1488 die viiii mensis Augusti (!), 4to. (51).
- Harderwicensis. Epitomata totius Naturalis philosophiae. Coloniae, characterisata per Henr. Quentell 1496 predie Cal. Martias, 4to. (2463 Philos.).
- Herolt. Sermones Discipuli de tempore et sanctis. Coloniae, 1492, 4to. (5337 Theol.).
- Hesiodus. Opera et dies, Georgicon liber. Parisiis, impr. per Ant. Denidel, s. a., 4to. (365).
- Hispanus Andr. Regula decimarum. Parisius, impr. per Joh. Lambert, s. a. (ante 1500 ?), 16mo. (4859 Jus.).
- Hundt Magnus. Expositio octo partium orationis. Liptzk, impr. per Conr. Kachelofen, 1490, 4to. (58).
- Ingenuus Mars. Quaestiones super Sententiarum libros, I & II. (Argentiniae, ex off. Mart. Flach Junioris, 1500), fol. (1259 & 2067, 2 ex.!).
- Insulanus Al. Doctrinale altum. Lubek, impr. 1493, 4to. (126).
- Interpretatio scholastica Novae logicae. Coloniae, opera ac impensis Henr. Quentell, 1490, fol. (1950).
- Interpretationes hebraicorum nominum. S. l. & a., fol. maj. (1182).
- Johannes Carthus. Epistolae perutiles. S. l. & a., 4to. (35).
- Justinianus imper. Digestum vetus. S. l. & a., fol. maj. (1795).
- Kalendarium Cracoviense a.1474. (Cracis, impr. G. Zainer), fol. maj. (1998).
- Dominus nobis pro a. Dni S., l., fol. maj. (2625).
- Wratislawiense pro a. Dni S. l., fol. maj. (1979).
- Laetus Pomp. Romanae historiae pendium. S. l. & a., 4to. (22)
- Latensis Bonetus. Judicium a. Dni Romae, 4to. (390).
- Latoszyński. Facultas absolvendi rimbergae, impr. per Ant. Kol 1489?), fol. min. (1995 & Theol. pol., 2 ex.!).
- Lectiones et suffragia de ss. Joac Anna. S. l. & a., fol. (1692).
- Lochmajer. Parochiale curatorum. I impr. per Conr. Kachelofen, 4to. (? hodie desideratur!)
- Lombardus P. Textus Sententiarum l. & a., fol. (1963).
- Lucianus Sam. Dialogus per Ach transvehi. S. l. & a., 4to. (21
- — S. l. & a., 4to. (? hodie desi
- Dialogus Caron. S. l. & a., 4to.
- Lyranus. Postilla, I. (Argentorati, Joh. Mentelin, c. 1472/73), fol. (1814).
- Postilla, II. Argentorati, impr. Mentelin, c. 1472/73, ni prius maj. (1815).
- Postilla, I (?). S. l. & a., fol. (
- Postilla, II (?). S. l. & a., fol. (
- Postilla, III (?). S. l. & a., fol. (
- Postilla, IV (?). S. l. & a., fol. (
- Macrobius. In Ciceronis Somnion pionis. Brixiae, impr. per Bo de Boninis de Ragusia, 148 ultimo Maji, fol. (1431).
- Manuale parochialium sacerdotum 1498, 4to. (69 & 2483, 2 ex
- Manutius. De literis et abbreviatic graecae linguae. Venetiis, 149 (? hodie desideratur!).
- Maximianus philos. Ethica suavis. siis), s. a., 4to. (369).

- Meditationes super passionem Jesu Christi.** (Mediolani, impr. impensis Leonardi Pachel de Alemania, 1488), 16mo. (2086).
- Middelbergensis.** Prenostica (!) Lipsiae, (1484), 4to. (1273 Math.).
- Missale Cracoviense.** Moguntiae, impr. per Petrum Schoiffer de Gernszheym, 1484 decima die Novembris, fol. maj. (4940 Theol. pol.).
- Gneznense atque Cracoviense. Moguntiae, impr. per Petr. Schoffer de Gernszheym, 1492 xx die Aprilis, fol. maj. (6237 Theol. pol.).
 - Cracoviense. Nurnbergae, impr. per Georg. Stuchs ex Sulczpach expensis Joh. Haller, (1494/95), fol. maj. (4942 Theol. pol.).
 - Crucigerorum. Nurnbergae, impr. Georg. Stöchs, (1498), fol. maj. (1980).
- Montanus P.** Repertorium utriusque juris, II. S. l. & a., fol. maj. (1821).
- Montanus Steph.** Campus sophistarum. Lipsiae, impr. per bacc. Wolfgang. Monacensem, 1496 decimo nono Kal. Septembris, 4to. (73).
- Nanquier.** Carmen de lubrico temporis curriculo. (Parisiis). s. a., 4to (373).
- Niavis.** Epistolae breves. (Viennae, ante a. 1500), 4to. (? hodie desiderantur!).
- Epistolae mediocres. S. l. & a., 4to. (1105 Neolat.).
 - Epistolae longiores. S. l. & a., 4to. (231).
- Nonius M.** De proprietate latini sermonis. Brixiae, impr. 1483 xvii Julii (per Boninum de Boninis), fol. (1300).
- Obsequiale secundum chorum eccl. Strigoniensis.** (Olomutiae?), s. c., 4to. (2091).
- Officium missae.** Magdeburg, impr. per Alb. Ravensten & Joach. Westval, 1483 tertia feria post Luciae, 4to. (80).
- Palatius.** Novus tractatus super Statuto, quod exstantibus masculis foeminae non succedant. (Papiae impr. per Leonard. Gerlis), s. a., fol. maj. (1481).
- Parisiensis W.** Opera: De fide &c. (Nornimbergae, 1496), fol. (1091 & 2089, 2 ex!).
- Pelbartus O.** Sermones Pomerii quadragesimaes. S. l. & a., (Hagenaw, impr. per Henr. Gran, 1500?), fol. (1440).
- Stellarium coronae benedictae V. Mariae. Hagenaw, in officina Henr. Gran, imp. Joh. Rynman de Oringaw, 1500 prima die Martii, fol. (? hodie desideratur!).
- Persius A.** Fl., cum glossis. S. l. & a., (Venetiis, impr. Bernardinus Venetus, c. 1500), 4to. (3039 Philol. lat.).
- Petrarca Fr.** Libellus de vita solitaria. S. l. & a., (Parisiis), 4to. (379).
- Pirenus H.** Tractatus super Institutiones. S. l. & a., fol. min. (1076).
- Plateanus Fr.** Opus restitutionum. S. l. (Cracoviae, impr. G. Zainer), 1475, fol. (1984).
- Plautus diligenter recognitus.** Bononiae impr. per Benedictum Hectoris, 1500 (? 1503?), fol. (2769 Philol. lat.).
- Plutarchus.** De liberis educandis libellus. S. l. & a., (1500? aut prius?), 4to. (3232 Philol. gr.).
- Polonus Mart.** Margarita Decreti. Argentinae, impr. 1484 altera die post festum s. Mathiae apostoli, fol. (? hodie desideratur!).
- Margarita Decreti. S. l. & a., fol. (1263 & 2512, 2 ex!).
 - Margarita Decreti. S. l. & a., fol. (4667 Jus pol.).
- Pontanus Lud.** Singularia in causis criminalibus. S. l. & a., (Spirae, impr. Petr. Drach, c. 1476), fol. min. (650).

- Porchastris Sigism. Quaestio de restauratione humidi. Venetiis, impr. per Peregrinum Bononiensem, s. a. (1490). fol. (1847).
- Porphyrius. Liber Praedicabilium. S. l. & a., fol. (665).
— Isagoge ad kathégorias Aristotelis. S. l. & a., (Lipsiae, impr. Mart. Herbipolensis), fol. (1446).
- Porretanus Gilb. Liber sex principiorum. S. l. & a., (1500? an prius?), fol. (? hodie desideratur!).
— Liber sex principiorum. Lipsiae, impr. per Mart. Ianszperger de Herbipoli, s. a., fol. (? hodie desideratur!).
- Pramer Jorg. Von eynem nevem wunderherlichen wunder. (Lipsiae, impr. Wolfgangus Stöckel, 1500), 4to. (748 Liter. germ.)
- Prudentius A. Cl. In Siehomachia. S. l. & a., (Parisiis), 4to. (380).
- Quaestiones super Aristotelis Methaeorum libros. S. l. & a., fol. (1881).
— super Parva naturalia, cum textu Aristotelis. S. l. & a., sed Coloniae 1489, fol. (? hodie desideratur).
- Quintilianus. De oratoria institutionum (!), fol. (? hodie desideratur!).
- Quintus Cal. Derelictorum ab Homero libri XIV, graece. (Venetiis), impr. Aldus Manutius, (1500?, 1505?). 8vo min. (397 Philol. gr. & 1353 Philol. gr., 2 ex.).
- Randersacker J. Practica Crakysch 1498. (Lipsiae) . 4to. (455 Kalend).
- Regimen moralitatis. S. l. & a., 4to. (95).
— moralitatis. Lipsiae, 1493, 4to. (? hodie desideratur!).
- Regiomontanus. Almanach ad a. 1484—1498. Venetiis. 4to. (2271 & 2614, 2 ex.).
- Regulae tredecim. Argentinae, impr. Math. Hupffuf. s. a. 4to. (? hodie desideratur!).
- Reuchlinus. Vocabularius brevii Argentinae. impr. 1488 in pss. Viti et Modesti, fol. (165).
— Vocabularius brevilocus. Aenae, impr. 1489 in die s. Leo fol. (817).
— Vocabularius brevilocus. Aenae, impr. 1496 altera die post festum Michaelis archang., 4to. (165).
- Rotterdamus Er. Carmip. Parisiis per mgrum Ant. Denidel, s. a. (374).
- Sabellicus M. A. C. De rerum et inventoribus. S. l. & a., 4to. die desideratur!).
- Sacerdotes. Ad omnes, de sacra altaris. S. l., 1493, 4to. (182).
- Sacranus Joh. Junior. Elucidarium ritus ruthenici. S. l. (c. 1500), 4to. (4792 Theol. p. 2 ex., quorum unum hodie desideratur!).
- Salicetus Barth. Lectura aurea Iuda parte Digesti veteris. Bonnae, impr. per Ang. Britannicum delazolo, 1499, fol. (693).
- Sallustius. De conjuratione Catilinae l. & a., (Venetiis, impr. per Aldum de Ragazonibus de Colonia, c. 1490), fol. (2248).
— Liber de conjuratione Catilinae l. & a. Lipsiae, c. 1490) fol. (2248) hodie desideratur!).
- Sandeus F. Super titulo De judiciis commentaria. S. l. & a. diolani, impr. Ulder. Scinzenz fol. maj. (978 a.).
- Schram Joh. Quaestio fabulosa. Oecologia, impr. per Math. Preunten de Colonia, 1499, 4to. (102).
- Scotus J. D. Scriptum in III Sententiarum libros. Venetiis, mandato ac impensa Octav. Modociensis per Bonetum Lo

- lum Bergoin., 1497 (1496), fol. (1523. 1525. 2156, 2530 & 2532, 5 ex., Hain III et IV partem non vidit.).
- Item, pars III (1522 & 1859), et pars IV (1527).
- Scriptum in IVtum Sentent. librum. Venetiis, ductu et impensa Joh. Coloniae Agripp. sociique ejus Joh. Manthen de Gherretzem, s. a., fol. (1531 & 2534, 2 ex.!).
- Secundinus N. De familia Autumnorum S. l. & a., 4to. (195).
- Seneca. De formula honestae vitae. S. & a., (Parisiis), 4to. (376).
- Proverbia. S. l. & a., (Parisiis), 4to (375).
- Sermones Thesauri novi de tempore. Argentinae, impr. a. Dni 1480 (?), fol. (1555).
- de sanctis. Argentinae, 1484, fol. (1556 & 2540, 2 ex.!).
- de tempore. Argentinae, impr. per Mart. Flach, 1499, fol. (1557).
- quadragesimales. Argentinae, impr. 1497. fol. (1558).
- Statuta synodalia Wratislawiensa. Wratislawiae, impr. per C. Elyan, 1475 nona Octobris, 4to min. (2595).
- Strabo. Cosmographia. fol. (? hodie desideratur, olim $\alpha\tau\eta\mu\alpha\zeta$ m^{gri} Sommerfeld-Aesticampiani).
- Sylvius Aen. Epistola ad Turcarum imperatorem. S. l. & a., 4to. (86 & 194, 2 ex.!).
- Tafel der neuen vnd vol mond 1473. (Nürnberg), fol. maj. (1977).
- Tartagnus. Lectura super Ima parte Digesti novi. Venetiis, impr. per Bernard. de Tridino de Monteferrato, 1489, fol. (? hodie desideratur!).
- Commentaria in Iam partem Infortiati. Venetiis, impr. per Bernard. de Tridino de Monteferrato, 1489, fol. (? hodie desideratur!).
- Terentius P. A. Comoediae, cum commento Aelii Donati. (Argentinae, c. 1469), fol. (910).
- Theodulus. Ecloga. S. l. & a., (1500 ?, an prius?), 4to. (2957 Gramm.).
- Theramus J. Compendium Belial vocitatum. S. l. & a., (typis Gunth. Zaineri, ante a. 1472), fol. (2600).
- Compendium Belial vocitatum. S. l., 1484, fol. (722 & 2547, 2 ex.!).
- Torrella. Dialogus de dolore. S. l. & a., 4to (1694).
- Tractatus de successione. Liptzk, impr. per Cunr. Kachelofen, 1495. 4to. (? hodie desideratur!).
- de complexionibus. S. l. & a., 4to. (111).
- de urinis. S. l. & a., fol. (6708 Medic.).
- proportionum. (Lipsiae), s. a., 4to. (1946 Math.).
- Triod. Cracoviae, impr. apud Sweib. Fiol, fol. (2051, fragmentum).
- Trombetta. Tractatum formalitatum Scoticarum sententia. Venetus, impr. arte et impensa Hier. de Paganinis Brixiensis, 1493 die 8 Novembris, fol. (1538 & 1939, 2 ex.!).
- Tunger. Reparationes Tractatum parvorum logicalium. Coloniae, impr. per Henr. Quentell, 1500 Nonis Martias, 4to. (2429 a. Philos.).
- Reparationes Novae logicae. Coloniae, per Henr. Quentel reimpr., 1500 quarto Kalendarum Augusti, 4to. (2429 b. Philos.).
- Epitomata, quae vulgo reparationes dicuntur. Coloniae, impr. per Henr. Quentell, 1500 tertio die Febr., 4to. (2429 c. Philos.).
- Urimaria. Praeceptorium seu de decem praeceptis. (Coloniae, impr. Nicol. Götz de Schlottstadt, c. 1476), fol. min. (641).
- Ursinus Joh. Cracovita. Modus episto-

- landi. (Lipsiae, ante a. 1500), 4to. (861 Gramm. pol.).
- Valentinus Fr. Practica a. 1497. (Lipsiae), s. a., 4to. (294 Kalend.).
- Valerius Max. Factorum dictorumque memorabilium liber. Venetiis impr. per Albertinum Vercellensem, 1500 die v mensis Julii, fol. (1594 & 2262, 2 ex.).
- Varro P. M. T. De lingua latina. Braxiae. impr. per Boninum de Boninis de Ragusia et Miniatum Delsera Florent., 1483 die xvi Junii, fol. (1301).
- Venetus P. Aureum opus, quod Quadratura inscribitur. Papie. impr. per Damianum de Conphalonerys de Binascho, 1483 die 7 Marcy, fol. min. (1098).
- Werdena Joh. Sermones de sanctis Dormi secure. (Coloniae, impr. Henr. Quentel), 1493 sexto Kalend. Januarias, 4to min. (327).
- Sermones Dormi secure de tempore et de sanctis. S. l. & a., 16mo. (328).
- Vergilius P. M. Opera. Florentiae, impr xv Calend. Aprilis 1487. fol. (1595).
- Opera. Nurnbergae, impr. impensis Ant. Koberger, 1492. (fol. 1596).
- Vernia N. Quaestio, an coelum sit ex materia. (Venetiis), 1481, fol. maj. (600).
- Oratio die Circumcisionis dicta. (Romae). s. a., 4to. (9634 Theol.).
- Viana M. Oratio de Christi ad coelos ascensione. (Romae), 1494, 4to. (118).
- Viaticum Wratislawiense. Venetiis, impr. 1499 die 17 Augusti. 16mo. (4650 Theol. pol.).
- Victorinus M. F. In Rhetoricis M. T. Ciceronis libri. Mediolani, impr. per Ant. Zarottum. 1474 v Idus Decembris, fol. min. (878).
- Wimpina Conr. Orationes tres. (Lipsiae, 1494), 4to. (777 Paedag.).
- Virdungus de Hasfurt Joh. Practica a. 1491. Lipczk, 4to. (289 Kalend. & 500 Math. pol., 2 ex.).
- Vivianus. Casus longi super Digesto veteri. S. l. & a., fol. maj. (2038).
- Casus longi super Infortiato. S. l. & a., fol. maj. (2039).
- Casus longi super Codice. S. l. & a., fol. maj. (2041).
- Vocabularium latino-germanicum. (Augustae Vind., c. 1468/70), fol. (1673).
- Vocabularius utriusque juris. (Eichstadii. impr. Mich. Reysner, 1477), fol. (931).
- utriusque juris. Spirae, impr. per Petrum Drach, 1478 mensis Septembris, fol. (1667 & 1668, 2 ex.).
- utriusque juris. Vicentiae, impr per Leonard. de Basilea et Jac. de Dusa, 1482, fol. (1171).
- utriusque juris. Argentinae, 1486, in die s. Euphemiae, fol. (1669).
- utriusque juris. Nurnbergae, impr. per Ant. Koberger, 1496 in vigilia Visitationis Mariae, 4to. (209, 2022 & 2023, 3 ex.).
- Voraginensis Jac. Legendae sanctorum. Nurnbergae, impr. per Ant. Koberger, 1478 Idus Augusti tertio, fol. maj. (1153).
- Legendae sanctorum. S. l., 1482, fol. min. 1662).
- Legendae sanctorum. Nurnbergae, impr. per Ant. Koburger, 1482 Kl. Octobr., fol. (2310).
- Legendae sanctorum. Argentinae. impr. 1486 feria 3 ante s. Thomae apost., fol. (1189).
- Legendae sanctorum. Nurnbergae, impr. 1496 in vigilia Paschae. fol. (1190).
- Legendae sanctorum. Argentinae. impr. a. 1496, 4to min. (4915 In mss.).

- Sermones de tempore. S. l. & a. (ante a. 1484). fol. (?; hodie desiderantur!).
- Sermones de sanctis. S. l., 1484 tertio Nonas Novembris, fol. (1663).
- Sermones de tempore. Lugduni. 1499 die viij Augusti, 4to min. (329).
- Vorilongus. Repertorium Vade mecum. S. l. & a., 4to (115).
- Super libris Sententiarum. Venetiis, impr. per Jac. de Leuco, 1496 die ix Julii, 4to. (241 & 2022. 2 ex.!).
- Wratislawita Mich. Judicium Cracoviense ad a. 1494. S. l. & a., 4to. (620 Math. pol.).
- Judicium Crae. ad a. 1495. S. l. & a., 4to. (621 Math. pol., 2597 & 2598, 3 ex.!).

Non adeo multa haec sane, sed Cracovia, ut erat tum temporis humanitatis et artium liberalium sedes longissime ad orientem solem promotā, et his jure gloriari potest. Quod vero nonnulla exempla Hainio ignota, quamquam in fundo bibliothecae Jagellonicae non ita multo abhinc exstabant, nunc nulla ratione inveniri possunt, magnopere est dolendum.

Jam hanc paullo longiorem praefationem ad finem perducturi, duas res etiam paucis commemorare volumus:

Imprimis id explicare et de ea re nos excusare debemus, quod editionem nostram non in singula capita, ut par erat, divisimus, sed quamquam eam edendi rationem aptissimam non ignoravimus, ut instituerentur capita: I. »Incunabula«, II. »Librorum possessores«, III. »Librorum ligatores«, IV. »Memorabilia«, V. »Series incunabulorum juxta numerorum ordinem«, nos aliam viam ingressi omnia uno et continuo corpore complexi sumus. Cujus rei haec causa erat, quod editione nostrae multae figurae acri incisae erant depingendae. Ne igitur majoribus impedimentis obrueremur, quamquam invitī, res omnes uno corpore in literas digesto claudi maluimus, in calce tantum uno capite adjecto, cui titulus: »Series incunabulorum juxta numerorum ordinem«. Ex quo id etiam assecuti sumus, ut plerumque (cf. Brudzewius, Joh. Głogowita, Nic. Procopiades, Sacranus Junior, Sommerfeld-Aesticampianus, Joh. Stobniczka, Mich. Wratislawita etc.) omnia, quae ad se pertinent, uno loco collecta inveniantur.

Nunc restat res nobis gratissima, quam ob id ipsum in finem nostrae disputationis asservavimus, ut Patri Gottfriedo Reichharto ordin. s. Benedicti debitas meritasque gratias referamus, qui cum mense Decembri a. 1886 Cracoviam venisset eo consilio, ut incunabula nostra inspiceret et cognosceret, in multis libris sine indicio loci et anni XV s. editis, a nobis rogatus, sua manu adnotaverit, ubi et quo loco eos prelum reliquisse probabile esset. Pater Reichhart (natus 14. VII 1821), jam diu a viris doctis inter scientissimos et eruditissimos aestimatores incunabulorum deputatus, cum in eis cognoscendis totius vitae studium posuisset, egregio libro Lipsiae nuper edito (a. 1895 »Beiträge zur Incunabelkunde«, 8vo. pag. XVIII et 464), laboris sui fructum mandavit. Cum igitur ejusmodi viri doctissima sententia, quam de multis libris s. XV sine indicio anni et loci impressis protulit, maximi esset momenti, nos in hac editione conficienda, ubicumque opus erat, ejus

adnotationibus uti non verebatur. Quam ob rem gratias, quantas maximas a
mus capere potest, Venerabili Patri Reichharto liceat nobis mittere Heindorfi:
ad St. Pölten in Austria Inferiori, ubi ille vir doctissimus jam multos ani
animarum curae sacrisque operando praeest. Gratias Tibi, Vir Venerande et
literis meritissime, qui illum Tui Ordinis eximium laborem industria Tua aeq
perasti, gratias plurimas et maximas.

*Cracoriae, ineunte anno quingentesimo Universitatis Jagellonicae a rege Wladis
Jagellone renovatae.*

Dr. W. W.



(Stellula * nominibus praeposita — luceant in aeternum! — p. m. olim librorum possessores et bibliothecae Jagellonicae benefactores indicat).

A. litera initialis depicta et deaurata: v. Aquinas s. (1931); Auerbach (1191); Balbus Joh. (1011); Beckenhaub (774); Bertachinus (737); Cassianus S. (1753); Columna (943); Durantus (923); Florentinus A. s. (539 sqq.); Hostiensis (837 sq.); Missale Carth. (1983); Missale Crac. (4940 Theol. pol. sqq.); Missale Wrat. (4943 Theol. pol.); Molitor J. (531); Regimen sanit. (96); Reuchlinus (1675); Schedel dr. (460); Sylvaticus (1513 sq.); Trovamala (745); Voraginesis (1189 sq.).

A. H. scholaris (ab a. ?) Cracoviensis et librorum ligator de signo Aquilae cum corona et literis H. A. in scuto, compegit ineunte s. XVI in uno volumine libros:

— Columna (410) & Laurentianus L. Fl. (ambo olim $\kappa\tau\mu\alpha$ mgri Stan. Bialkowski, posterius vero mgri Joh. Tarczynii).

Cujus in tegumentis Aquilam suam, item bb. Virginem Mariam cum Infan-



tulo, s. Ursulam et s. Olaum cum halabarda exaravit.

— Idem A. H. introligator ligavit etiam libros:

— Aristoteles (593, ol. $\kappa\tau\mu\alpha$ mgri Krawiec Ilkussii); Aristoteles (1196) & Montanus L. (1195,

Incuu

ambo ol. $\kappa\tau$. Valent. Budensis, ex post vero mgri Mich. Wiśliczka, empti a. 1520); Bonifacius VIII (796) & Clemens V (797, ambo ol. $\kappa\tau$. dris Matla et bacc. Tatari?); Crescentinus (91?) & Formulare (913, ambo ol. $\kappa\tau$. mgri Mich. Wratielawitae); Forlivius (1127) & Ingenuus (1128, ambo ol. $\kappa\tau$. dris Miechowitae).

Quorum in tegumentis, omissa Aquila, solum bb. V. Mariam cum Infantulo, s. Ursulam et s. Olaum, u. s., expressit.

— Idem A. H., existens socius introligatoris Joh. Lwowecensis, compegit etiam librum:

— Altissiodorensis (2307, ol. $\kappa\tau\mu\alpha$ mgri Georgii Libani, posterius vero mgri Magni-Contrifusoris).

Cujus in tegumentis exarata s. Ursula et signum ligatoris Lwowecensis.



— v. Introligatores de signo Aquilae.

Abalach Albumasar astrologus, v. Albumasar Abal.

ABBANUS Petrus de Abbano, de Appono s. de Ebano, dictus etiam Apponensis, Apponus, Padubanensis, Paduanus vel Patavinus, artium mgr. et medicinae dr. ac physicus excellentissimus:

— Conciliator differentiarum philosophorum et praecipue medicorum, cum tractatu De venenis. Mantuae, Thom. Septemburgensis de civitate Hermanni una et Joh. Burster de Campidona hoc opus fecere, a. Cristi incarnationis 1472, f.l. maj, ff. nn. 364, sine sign., typ. r. om.

Incuu. 1688, cf. Hain I. — Liber cum literis init. depictis, cujus ff. nn. 10--19 manu exaratis s. XV adscripta, olim $\kappa\tau\mu\alpha$ Bibliothecae Collegii majoris Universitatis Cracoviensis.

— Conciliator differentiarum philosophorum et praecipue medicorum, cum

tractatu De venenis et quaestione dris Petri Cararii de Carariis De terminatione venenorum. Venetiis, impr. summa industria a mgro Gabr. Tarvisiensi, opera ac impendio Thom. de Tarvisio, 1476, fol. maj., ff. nn. 278, sign. a. 5. — gg. 5, typ. goth.

Incun. 1373, cf. Hain 2. — In fronte libri antiqua manu: »1536. Rđus dñus Petrus Thomicius (Tomicki) episcopus Cracouiensis, Collegio theologorum librum hunc legauit«.

— Conciliator differentiarum philosophorum et praecipue medicorum, cum tractatu De venenis et commendatione dris Francisci Argilagnis de Valentia. Venetiis, finis impositus est a Boneto Locatello Bergomense, Octaviani Scoti Medoetiensis (!) impensa, 1496, fol., ff. num. 265, sign. A₂—KK₅, typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. 1374, Hain 4. — In fronte libri manu s. XVI: »Per drem Matthiam a Craina cognomento Lijsz minori Collegio legatus a. Dni 1546, qui quondam Regie Maiestatis (Sigismundi I) phijsicus erat. Oretur pro anima ipsius«! Ibidem manu possessoris, dris Lis, palaeopolonice: »Concilium radą panowye, conciliator (locus deletus) czo szgadzą rosztlyrky, nam conciliare est discordiam inter aliquos sopire, consilium enim vmyszł, wydzene«.

— — Item, Venetiis, finis impositus a Bon. Locatello Bergom., 1496, fol., u. s.

Incun. 2052, Hain 4. — In fronte libri, nuper de novo vestiti, manu exeuntis s. XVI: »Svm mgri Kochj Posnaniensis, Collegij maioris collegio 1586, Alberto Kochj (Poznanitae), germano meo, cadit« (1).

— Conciliator differentiarum philosophorum et praecipue medicorum, cum commendatione dris Fr. Argilagnis. Venetiis, impr. impensa characteroque jucundissimo mgri Joh. Herbort de Selgenstat Alemanni, cujus ars et ingenium ceteros facile supereminet omnes, 1483, fol., ff. nn. 283, sign. a₂—gg₃, typ. goth.

Incun. 1375, Hain 6. — In compactura libri, olim 15. II. 1. signati, cujus literae init. depictae (lit. V. in fronte nitide depicta et deaurata), antiqua manu: »Conciliator iij flor. emptus«.

— Item, Venetiis, impr. imp. Joh. Herbort de Selgenstat, 1483, fol., u. s.

Incun. 1376, Hain 6. — In margine f. 1 adnotavit dr. Bandtke: »CC. VI. 41. Hujus operis eandem editionem v. 15. II. 1., sed asservandus est liber ob adglutinatum compacturae fragmentum Triodii slavonici, forsitan Cracoviae 1491 impressi a Suentopelcō Fiolo literis Cyrillicis«. Fragmentum hoc posteriore tempore a dre Mucz-

kowski deglutinatum asservatur hodie sub nro Incun. 2051.

— — Item, Venetiis, impr. imp. Joh. Herbort de Selgenstat, 1483, fol., u. s.



Incun. 2204, Hain 6. — Exemplar cum exarato in tegumentis signo introligatoris, Aquila sine corona in rhombo, olim κτῆμα mgri Mich. Wratislawitae, cum ejus autographo in fronte: »Michaelis Wratislawiensis svm«.

Michaelis wratislawiensis svm

— — Item, Venetiis, impr. per Joh. Herbort de Selgenstat, 1483, fol., u. s.

Incun. 2365, Hain 6. — Olim κτῆμα »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

Incun. 2293, Hain 905. — Liber cum literis init. depictis, una ligatus cum Gersono et Dictys Historia (2293—2295), cum adscriptionibus in f. membr. vacuo in fronte: 1. »Pro libraria theologorum per mgrum Albertum (Brudzewium) de Brdzew«; 2. »Liber mgris Alberti de Brdzewo, canonici s. Floriani, legatus pro libraria theologorum maioris domus artistarum«. Ibidem propria manu Brudzewii: 3. »Tres libri De officiis b. Ambrosij, Dictys Ephemeridos belli Troiani libri sex«; ibidem in alia charta: 4. fragmentum Kalendarii Cracoviensis, manu Brudzewii scripti pro a. 1492 (?).

— Super Epistolas Pauli. S. l. & a.

(Basileae, 1492^o), fol., ff. nn. 128, sign. az—s₅, typ. goth.

Incun. 496, Hain ? — Una ligatus liber cum III parte Operum Ambrosii (496—497), ex legato dris Swiętopelk de Nieznanowice, u. s.

— v. Pithsanus Joh. (2265, Ambrosius Super Lucam); Warnefriedus Paul. Diac.

Ambrosius Calmaldulensis monachus, translator: v. Syrus Ephr.

Ambrosius de Spiera s. theologiae dr. (Hain 918 sqq.), v. Tarvisinus Ambr.

AMMONIUS PARVUS HERMIAS:

— Commentarius in quinque voces Porphyrii, graece. Venetiis, sumptu Blasii Cretensis impr. Caliergus, 1500, fol., ff. nn. 36, sign. Aβ—Ev, typ. graecis, cum literis init. xylogr.

Incun. 498, Hain 927. — Liber cum literis init. depictis, una ligatus cum Simplicio (498—499), ex legato dris Czepel, cum exaratis in tegumentis armis ejus Korah.

— De differentia dictionum, v. Dictionarium graeco-latinum.

Amore Sancto (de) Wilhelmus scholae Parisiensis dr., v. Defensorium eccl.

Ampigollus Antonius de Rampigollis ordin. Erem. s. Augustini, v. Rampigollus Ant.

ANACHARSIS philosophus:

— Epistolae, graece: v. Musurus Marc.

ANANIENSIS Johannes de Anania, juris utriusque dr. et professor Bononiensis:

— Commentaria super I et II parte Vti Decretalium. Mediolani, impr. per mgrum Uldericum Sinzenzeler (!), 1492, fol. maj., ff. nn. 261, sign. AAij—ddiiii, typ. goth.

Incun. 1144, Hain 939. — Ex legato dris Czepel, cum adscriptione tamen in anteriore tegumento alius s. XV, XVI manus: »Albertus Pilzno Czuij« (Czuj).

ANCHARANUS Petrus de Ancharano, famosissimus juris utriusque dr. Bononiensis:

— Super c. Canonum Statuta. Venetiis, 1500, fol. maj., ff. nn. 4 et num. 98, sign. a—quij, typ. goth.

Incun. 1720 (1719), Hain 954. — Una ligatus liber cum sequenti, s. XIX iterum vestitus, u. i.

— Lectura super Clementinas. Venetiis, impr. sumptibus mgri Bernardini

Stagnini de Tridino de Montefi 1483, fol. maj., ff. num. 111, sign. Tij, typ. goth.

Incun. 1719, Hain 956. — In fronte nis (1719—1720) extitit olim tertium op post vero exsectum.

Ancona (de) Augustinus Erem. s. Augustini, s. theologiae (Hain 958 sqq.): v. Triumphus A

ANDREAE Antonius ordinorum, discipulus Scoti, altissimus cellentissimus s. theologiae dr. e fessor:

— Quaestiones subtilissimae XII libros Metaphysicae Aristotelnetiis, opera et arte Ant. de Strata Cremona, 1481, fol., ff. nn. 74, a₂—l₄, typ. goth.

Incun. 502, Hain 977. — Una ligatus cum alio, alter hic vero ad calcem exsectus.

— — Item, Venetiis, opera et arte Ant. de Strata de Cremona, 1481, fol., u. s.

Incun. 2100, Hain 977. — Liber cum literis init. depictis, ex legato dris Petri Swiętopelk, cum exarato in tegumentis signo intrologatoris Lis.



— Quaestiones subtilissimae XII libros Metaphysicae Aristotemendatae per Lucam Suberetum bereto ejusdem ordin. Venetiis, Bonetus Locatellus, sumptibus Oe Scoti Modoetiensis, 1487, fol., ff. sign. Aij—I₄, typ. goth., cum literis florent.

Incun. 501, cf. Hain 978. — Una ligatus cum alio libro, alter hic vero i expost exsectus.

— — Item, Venetiis, impr. Bonatellus, 1487, fol., u. s.

Incun. 504, cf. Hain 978. — Nitidissime ligatus liber cum Thienensi (504—505), ex legato epi Tomicki, cum exaratis in tegumentis armis ejus Lodzia et inscriptione:

»R. D. PETRVS |
TOMITIVS |
CRACOVLEN |
EPVS |
COLLEGIO |
THEOLOGO |
RVM LE GA | VIT | 1536«



— — Item, Venetiis, impr. Bon. Locatellus, 1487, fol., u. s.

Incun. 2330 (2329), cf. Hain 978. — Una compactum exemplar cum Scoto et Trombetta (2329—2331) et s. XIX iterum vestitum, ad cuius calcem (f. 1 vacuo) manu ineuntis s. XVI adscriptae: »Questiones mgri Iohannis Stobnicensis (alias Stobniczka dicti) de vltimate obstructis...«.

— — Item, Venetiis, impr. Bon. Locatellus, 1487, fol., u. s.

Incun. 2387, cf. Hain 978. — Olim $\kappa\tau\eta\mu\alpha$ Collegii maioris, s. XIX iterum vestitum.

— Quaestiones super XII libros Metaphysicae Aristotelis. Venetiis, impr. arte Boneti Locatelli Bergomensis, impensis Octaviani Scoti Modoetiensis, 1491, fol., ff. nn. 52, sign. a_2 — h_4 , typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. 1530 (1527), Hain 979. — In uno volumine cum 3 aliis operibus ligatus liber, cum exaratis in tegumentis signis introligatorum, Leone Joh. Lwowensis et Aquila cum



corona in scuto alius ligatoris, item cum adscriptione in fronte: »Iste liber legatus pro libra-ria theologorum Collegii maioris per mgrum Michaellem Parisiensem« de Bystrzyków.

— Quaestiones super XII libros Metaphysicae Aristotelis, emendatae per s. theologiae bach. Lucam de Subereto ordin. ejusdem S. I. & A., (1492?), fol., ff. nn. 52, sign. a_2 — h_4 , typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. 503, Hain ? — Liber s. XIX noviter vestitus.

— — Item, s. I. & A. (1492?), fol., u. s.

Incun. 1697, Hain ? — In fronte libri, olim cum alio una ligati, (alter hic exposit exsectus), antiqua ignoti possessoris manu: »Anno 1514 sub mgro Michaeli (Sternberg) Olsnensi« (sc. auctivi has Quaestiones).

— Scriptum aureum super Metaphysicam Aristotelis. Venetiis, impr. per Ant. de Strata de Cremona, 1482, fol., ff. nn. 154, sign. a_2 — L_2 , typ. goth.

Incun. 510 (509), Hain 983. — Una ligatus liber cum Veneto (509—510), cum his in fronte

Incun.

(f. vacuo) adscriptionibus: 1. »Iste liber est legatus pro domo minoris Collegij per mgrum Petrum (Aurifabrum) de Cracouia, suffraganeum Plocensem ac plebanum s. Anne, mgro autem Stanislao (Aurifabro) de Cracouia, fratri suo, ac mgro Iacobo (Fridel) de Cleparz datus ad vsum«; 2. »Ego Sebastianus (Janeczka) eum ex bibliotheca maioris (!) Collegii acceperam«.

— — Item, Venetiis, impr. per Ant. de Strata de Cremona, 1482, fol., u. s.

Incun. 511, Hain 983. — Una ligatum opus cum 2 aliis libris (511—513), cum exarato in tegumentis signo introligatoris, Aquila cum corona in rhombo, et cum hac in fronte rubro colore posita adnotatione: »Liber mgri Martini (Biem) de Ilkusch, collegiati maioris Collegij Cracouiensis ac magistrorum inquisitissimi viri« (»ac magistrorum inquisitissimi viri« alia manu deletum).



— — Item, Venetiis, impr. per Ant. de Strata de Cremona, 1482, fol., u. s.

Incun. 2138, Hain 983. — Liber cum literis init. depictis, in cuius fronte manu antiqua: »Liber mgri Alberti (Swodzisowiciei) de Zodzyszewycze, s. theologie professoris, canonici olim ecclesiae collegiate s. Floriani, legatus pro libra-ria maioris Collegij artistarum«.

— Scriptum aureum super Metaphysicam Aristotelis secundum novam translationem. Venetiis, impr. per Joh. Rubicum Verzellensem, 1496 die 8 Februarii, fol.

Incun. ?, Hain ? — Temporibus dris Bandtko 27. III. 11. signatus liber hodie desideratur.

— Scriptum super Logica Aristotelis. Venetiis, impr. per Octavianum Scotum Modoetiensem, 1480, fol., ff. nn. 104, sign. a_2 — n_4 , typ. goth.

Incun. 517 (514), cf. Hain 984. — Una cum Aquinate et 2 aliis operibus (514—517) compactus liber, ex legato mgri *Johannis Sommerfeld* Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo.

— — Item, Venetiis, impr. per Octav. Scotum Modoet., 1480, fol., u. s.

Incun. 2388, cf. Hain 984. — In fronte libri diversis manibus: 1. manu ineuntis s. XVI »Antonius Andreas Super Logicam«; 2. manu s. XVI/XVII »Liber maioris Collegij artistarum«; 3. manu s. XVII »Bibliothecae legatus«.

— — Item, Venetiis, impr. per Octav. Scotum Medoet., 1480, fol., u. s.

Incun. 2389, cf. Hain 984. — Item vetus $\kappa\tau\eta\mu\alpha$ Collegii maioris, s. XIX de novo vestitum.

— — Item, Venetiis, impr. per Octav. Scotum Medoet., 1480, fol., ff. nn. 103 (f. 1 desideratur), sign. a_2 — n_4 , u. s.

Incun. 2390, cf. Hain 984. — Exemplar una ligatum cum Versore (2390—2391).

— In universam Aristotelis Artem veterem, in librum Divisionum Boëthii, in librum Sex principiorum Gilberti Porcctani, cum tractatu De sillogismo demonstrativo sive compendio Posteriorum analyticorum Aristotelis, item cum tractatu De sillogismo topico. Bononiae, 1481, fol., ff. nn. 20 (initium desideratur), sign. O—Q₃, typ. goth.

Incun. 1293 (1292), cf. Hain 985. — Una ligatus liber cum Dorbello (1292—1293), cum his in fronte manus s. XVII adscriptionibus: 1. »M. Lucae Piotrowski C. M.«; 2. »1623 in Ferrara, in Bologna 1654«.

— Scriptum in Arte veteri et in divisionibus Boëthii, cum quaestionibus ejusdem Venetiis, (impr. per Octavianum Scotum Medoetiensem), 1492, fol., ff. nn. 102, sign. a₂—r₃, typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. 518, cf. Hain 987. — Item olim »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— Scriptum in Arte veteri et in divisionibus Boëthii, cum quaestionibus ejusdem Venetiis, impr. per Otinum Papiensem, 1496, fol., ff. nn. 98, sign. a₂—r₂, typ. goth.

Incun. 506, cf. Hain 988. — Una compactum opus cum Scoto (506—507) cum hac in fronte adscriptione: »Anno Dni 1516. Liber mgri olim Stephani (Lukowitae), legatus suo servitori Joanni de eadem Lukow, sororino eiusdem, obiit autem anno salutis 1516 in crastino b. Iheronimi (1. X), pro quo idem exorare tenebitur«!

— Super libros Sex principiorum, v. Scotus Joh. D. dr. (508 sqq.).

— Tria principia, v. Dorbellus.

ANDREAE Johannes famosissimus et expertissimus juris utriusque dr. et professor Bononiensis ac legum monarcha:

— Lectura super arboribus consanguineitatis. Nurnbergae, impr. per Fr. Creuszner, (1474), fol., ff. nn. 10, sine sign., typ. goth.

Incun. 1992 (1990), Hain 1026. — Libellus cum literis init. depictis (lit. C. in fronte nitide depicta), una ligatus cum Sixto et alio opusculo (1990—1992), cum exarato in tegumentis signo introli-



gatoris, Aquila cum corona in scuto, et cum hac adscriptione (f. vacuo ante textum): »Liber mgri Stanislaw Byel (Biel), s. theologie professoris, custodis s. Floriani«.

— Lectura super arboribus consanguineitatis, affinitatis &c. S. l. & a. (Venetiis, impr. impensis Nicolai Jenson Gallici, 1476). fol. maj., ff. nn. 3, sine sign., typ. goth.

Incun. 550, cf. Hain 3592. — Liber cum literis init. depictis, in uno volumine ligatus cum Bonifacio (550—551), cum hac in fronte manus exeuntis s. XV adscriptione: »Liber mgri Andree (Labiszynii) de Labyszin, canonici Cracoviensis, ad vsum mgro Bernardo (Episcopo), tandem ad librariam iuristarum (»iuristarum« deletum) burse Ierusalem legatus. Obyt 1498 decima Iunii. Oretur pro eo«!

— Tractatus super arboribus consanguineitatis. S. l. (Lipsiae, impr. per Maur. Brandis), 1489, fol., ff. nn. 12, sine sign., typ. goth., cum figuris xylogr.

Incun. 621 (619), Hain 1039. — Una compactus libellus cum Auerbacho et 3 aliis opusculis (619—623), ex legato dris Nicolai Czepel Poznanitae.

— Lectura super arboribus consanguineitatis. Lipsiae, 1492, fol., ff. nn. 18, sign. Aij—Cij, typ. goth., cum figuris xylogr.

Incun. 1704, Hain 1041. — Libellus s. XIX iterum vestitus.

— Tractatus super arboribus consanguineitatis, affinitatis, cognationis spiritualis nec non legalis. S. l. & a. (Lipsiae, 1492), fol.

Incun. ? , Hain 1042. — Temporibus dris Bandtke Y. III. 18 c. signatus liber hodie desideratur.

— Lectura super arboribus consanguineitatis. Lipsiae, 1498, fol., ff. nn. 18, sign. Aij—Cij, typ. goth., cum figuris xylogr.

Incun. 1705, Hain 1044. — Libellus temporibus dris Muczkowski de novo vestitus.

— Lectura arboris utriusque juris, consanguineitatis, affinitatis &c., repetita per Joh. Kyrzman de Monteregio. Lipsiae, impr. per Melch. Lotter, 1500, fol., ff. nn. 37, sign. Aij—Fij, typ. goth., cum figura xylogr. in fronte (f. tit. verso).

Incun. 1974, Hain 1048. — Liber olim cum alio opere (expost exsecto) una ligatus et s. XIX iterum vestitus, cum adscriptione palaeopolonica manus ineuntis s. XVI in fronte (f. tit. v.) »Stipos, pyen s korzonya«, item cum literis init. depictis et cum hac in anteriore parte tegumenti

manu s. XVII apposita adscriptione: »Post mortem Rdi dni Ioannis Zaborowski donatus M. Melchiori Porembio, quem post redditurus pro vsu bibliothecae Vniuersitatis«. Ceteroquin ad calcem libri ff. 3 manu s. XVI/XVII adscriptae Observationes quaedam circa »promotiones« in Uniuersitate Cracouiensi.

— — Item, Lipsiae, impr. per Melch. Lotter, 1500, fol., u. s.

Incun. 2083, Hain 1048. — Hinc inde adscriptae glossae palaeopolonicae, liber s. XIX iterum vestitus.

— Lectura super arboribus consanguineitatis, affinitatis &c. S. l. & a., fol., ff. nn. 11, sine sign., typ. goth., cum figuris xylogr.

Incun. 1245 (1244), Hain ? — Una compactus libellus cum Modo legendi (1244—1245), cum adscriptionibus in fronte: 1. »Anno Dni 1512 dnus Ioannes Molenda morte absolutus penultima lunij«; 2. manu s. XVII »Collegij«!

— Quaestiones mercuriales super regulis iuris. Romae, impr. per Georg. Laur de Herbipoli, 1476, fol. maj., ff. nn. 143, sine sign., typ. rom.

Incun. 1491, Hain 1057. — Una compactum opus cum Cassaniensi (1491—1492, tertium ad calcem posteriore tempore exsectum), ex legato dris Czepel Poznanitae.

— Quaestiones mercuriales super regulis iuris. Impr. in regia Ticinensi ciuitate, impensis Joh. Franc. de Pezanis, 1483, fol. maj., ff. nn. 142, sign. a₂—sv, typ. goth.

Incun. 557, Hain 1059. — In uno volumine cum Francho et Corsetto a. 1526 ligatum opus (557—559, in cuius anteriore tegumento expressus s. Christophorus), cum adscriptionibus in fronte: 1. »1526. Commentum super regulas Ioh. Andree mercuriales dris Nicolai (Pokrzywnicensis) de Comprovincia, canonici Cracouiensis, per ordinem alphabeti; item alia Lectura eciam super regulas iuris Philippi Franche de Perusia; item Singularia et notabilia dicta dni Antonij Corsi Sicuti Siculi, utriusque iuris scholaris in Studio Bononiensi studentis«; 2. »pro domo canonistarum in Cracouia«; 3. manu ineuntis s. XVII: »D. Andreas Schoneus pro libraria Collegij maioris«.

— Summa super IVto Decretalium, quae etsi brevis est verbis, utilitate tamen longa satis, quare aliis summis prolixioribus jure venit ista et commo- ditate anteponenda. S. l. & a., (liber multus), 8vo.

Incun. 2, Hain 1071. — Temporibus dris Bandtke 3. VI. 8 c. signatus liber hodie desideratur.

— Capitula tractatuli de sponsalibus et matrimoniis. S. l. & a. (Romae, impr.

Steph. Planneck), 4to, ff. nn. 8, sign. a— a₃, typ. goth.

Incun. 16, Hain 1074. — Libellus temporibus dris Muczkowski iterum vestitus.

— Novella super VIto Decretalium. Papiae, impr. per Franciscum de Gy-rardenghis, 1484, fol. maj., ff. nn. 207, sign. a₂—₄, typ. goth.

Incun. 552, Hain 1078. — Ex legato dris Czepel Poznanitae.

— Additiones ad Speculum iudiciale Durantis. S. l. & a. (Argentorati, impr. Georg. Hussner et Joh. Beckenhab, 1473), fol. maj., ff. num. 63, num. 109 et num. 120, sine sign., typ. rom.

Incun. 464, cf. Hain 1063. — Liber cum literis init. depictis, olim »Bibliothecae Collegij maioris Univ. Crac.«, in cuius chartula Catalogi temporibus dris Bandtke adscriptus annus impressionis »1473«.

— — Item, s. l. & a. (Argentorati, impr. G. Hussner et Joh. Beckenhab, 1473), fol. maj., u. s.

Incun. 2078, cf. Hain 1083. — Liber cum literis init. depictis (lit. R. in fronte nitide depicta), ex legato dris Świętopelk, cum exarato in tegumentis signo introligatoris Lis. Ceterum in fronte et ad calcem voluminis fragmentum privilegii membr., in quo »Martinus Gastolthe«, »Ioannes castellanus Vilmensis«, »Collegium ad s. An-nam« etc.



— v. Bonifacius VIII; Clemens V; Durantus.

Andreas Antonius ordin. Minorum, v. Andree Ant. (2388).

ANDRELINUS Publius Faustus Foroliviensis, excellentissimus poeta laureatus:

— De obitu Caroli VIII deploratio et alia carmina. S. l. & a. (Parisiis), 4to, ff. nn. 8, sign. Ai—Aiiii, typ. rom.

Incun. 371 (364), Hain ? — Una ligatus libellus cum 17 aliis opusculis (364—381), ex legato Wojciechi Dobiecki.

— De moralibus et intellectualibus virtutibus panegyricum carmen. S. l. & a. (Parisiis), 4to, ff. nn. 17, sign. aiii—biiii, typ. rom.

Incun. 372 (364), Hain ? — Item ex legato Wojciechi Dobiecki, u. s.

*ANDRZEJOWITA Martinus de Andrzejów s. Jędrzejów, scholaris (ab a. 1486) et artium bacc. Cracouiensis

(v. »Acta rect.« sub a. 1493), usus est libro:

— Copulata totius novae logicae. (Coloniae), s. a., fol. (2344, olim $\kappa\tau\eta\mu\alpha$ mgri Michałowski).

Angelica Summa de casibus conscientiae, v. Clavasius Ang.

Angelus Jacobus artium mgr. et in medicinis licentiatu (Hain 1099), v. Ulmensis Jac.

Angli-Anglia: v. Carmina (32); Eibus Alb. dr. (446); Eusebius-Beda; Mandevillanus Joh.; Schedel dr. (460).

Anglica rosa practica medicinae, v. Gatisdenus Joh.

Anglicana Summa astrologiae, v. Eschuid Joh.

Anglicanum opus v. Scotus Joh. D. dr. (1516 sqq.).

Anglicum stannum v. Nicius Joh. Leopolda dr.

ANGLICUS Alexander nationis Angliae et cujusdam fabri lignarii filius:

— Summa, quae Destructorium vitiorum appellatur. Nurembergae, impr. per Ant. Koberger, 1496, fol., ff. nn. 272, sign. a₂—L₇, typ. goth.

Incun. 736 (735), Hain 652. — Liber cum literis init. depictis, una ligatus cum Bernardo s. (735—736), cum adscriptione in

fronte, posita propria possessoris manu: »Dris Ioannis (Leopolitae) de Leopoli«.

Anglicus Bartholomaeus ordin. Minorum, v. Glanvillanus Barth.

Anglicus Guilelmus ordin. Minorum, v. Ockamus Guil. dr.

Anglicus Johannes astrologus peritissimus, v. Eschuid Joh.

Anglicus Johannes ordin. militaris, v. Mandevillanus Joh.

Anglicus Johannes ordin. Minorum (Hain 1105), v. Bacho Joh.

Anglicus Johannes ordin. Minorum dr. clarissimus (Hain 4346), v. Canonici Joh.

Anglicus Johannes ordin. Praedicatorum, v. Bromiardensis Joh.

Anglicus Johannes physicus clarissimus (Hain 1108), v. Gatisdenus Joh.

Anglicus Johannes vir clarissimus, v. Sacrobustus Joh.

Anna sancta: v. Blanchinus (150); Exhortatio; Familia ss.; Lectiones; Sebundius; Stobniczka (Annae s. Legenda, Hain 1111); Trithemius.

— Item, Anna s. Mettertia exarata in tegumentis librorum: v. Aquinas s. (1877); Reginaldetus (3718 Theol.).

Annus Johannes Viterbensis ordin. Praedicatorum (Hain 1123 sqq.), v. Nannus Joh. dr.

Anniversaria in ecclesia s. Annae Cracoviensi, v. Copulata (585).

Annotationes:

— Annotationes sive reportationes margaritarum omnium Decretalium, v. Margarita Decr.

Annunciatio Mariae:

— Annunciatio bb. V. Mariae. S. I. & a., (impr. s. XV), fol. min. (17·8×27·4), imago manière criblée exarata.

Chalcogr. (793 b.), quondam posteriori tegumento libri manuscripti sub nro 793 adglutinatum, icon confecta arte »manière criblée«, cum inscriptione: »Ave maria gracia plena dominus tecum«, et »Ecco virgo concipiet et pariet filiū«.

— Item, Annunciatio bb. V. Mariae, icon depicta: v. Gandavus (1776).

— Item, Annunciatio bb. V. Mariae, exarata in tegumento libri: v. Aquinas s. (1896).

— v. Maria ss. V.; Tres reges.

ANSELMUS ordin. s. Benedicti, episcopus Cantuariensis, archipraesul clarissimus, sanctus:

— Opera et tractatus. Nurembergae, impr. per Caspar Hochfeder, 1491, fol., ff. nn. 181, sign. a—z₄, typ. goth.

Incun. 562, Hain 1134. — In uno volumine ligatus liber cum Pireno (562—563, tertius ad calcem exposit exsectus), cum exaratis in tegumentis signis introigatorum, Falcone

Falconis et Malleolis cum literis I. C. Joh.

Cracovitae, item cum hac in fronte propria pos-



essoris manu posita adscriptione: »Sum mgri Martini (Kufab) de Tarnovecz, comparatus a. Dni 1506 xiiij Octobris«.

— Opuscula. S. l. & a., 4to, ff. nn. 207, sign. A₂—z₅, typ. goth.

Incun. 2004, Hain 1136. — Liber s. XIX de novo vestitus.

Anser Hieronymus ducalis secretarius, v. Crescentinas.

Anserinus Jacobus de Pilzno, artium bacc. Cracoviensis: v. Gaska Jae.

Anteroticorum liber s. de amoris generibus, v. Haedeus Petr.

Anthraceus Wenceslaus de signo proprio, artium mgr. et bacc. in medicinis Cracoviensis: v. Hirschberg Wenc.



Antichristus: v. Compendium; Par-
tinentis Meth. s.

Antiochensis episcopus v. Ignatius d.

Antoninus archiepiscopus Florentinus, sanctus (Hain 1159 sqq.): v. Florentinus Ant. s.

Antonius de Parma ordin. Cameldulensis (Hain 1280 sq.), v. Parmensis Ant.

Antwerpiensis decanus, v. Zoemeren-
rensis Henr. mgr. et dr.

Aphrodiseus-Aprodisiensis Alexander medicus, v. Alexander Aphr.

Apollinaris Cremonensis dr. praeclarissimus (Hain 1284 sq.), v. Cremonensis Ap.

Apollinaris Sidonius C. S. episcopus (Hain 1286 sq.), v. Sidonius Ap.

APOLLONIUS grammaticus:

— De constructione libri IV, v. Gaza Theod.

APOLLONIUS Rhodius:

— Argonautica, graece cum scholiis. Florentiae, impr. per Laur. Francisci de Alopa, 1496, 4to, ff. nn. 171, sign. z₁—yii, typ. graecis.

Incun. 137, Hain 1292. — Liber ex legato dris Czepel Poznanitae.

Apparias (de) Martinus Ungarus, artium bacc. Cracoviensis: v. Epperien-
sis Mart.

APPIANUS Alexandrinus sophista et historicus:

— De bellis civilibus romanis, in lat. a Petro Candido Decembrio tradue. liber, qui Celticus inscribitur. Venetiis, impr. per Bernardum Pictorem et Erhardum Ratdolt de Augusta, una cum Petro Loslein de Langencen, correctore ac socio, 1477, fol. min., ff. nn. 211, sign. a₂—x₅, typ. rom., cum literis init. florent.

Incun. 1052, Hain 1307 I. — In uno volumine ligatus cum 3 aliis opusculis (1052—1055), cum adscriptione in fronte manus s. XVII: »M. S. S. Makowski«.

— De bellis civilibus romanis, lat. a Petr. Candido Decembrio. Regii, impr. per Franc. de Mozalibus, 1494, fol., ff. nn. 135, sign. aii—riiii, typ. rom.

Incun. 2216, Hain 1309. — Una compactus cum sequenti Appiani opusculo (2216 — *Johannis Aesticampiani sum* 2217, tertius liber ad calcem exposit exsectus), ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo in fronte

— Historia, nimirum libri Lybicus, Syrius, Parthicus, Mithridaticus, traductio Petri Candidi. (Regii), impr. opera Peregrini Pasquali, 1495 (M. CCCCLXV pro M. CCCXCXV), fol., ff. nn. 79, sign. A—Niiii, typ. rom.

Incun. 2217 (2216), cf. Hain 1310. — Ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, u. s.

— De bellis civilibus romanis, lat. a Petro Candido Decembrio. Venetiis, impr. per Christopherum de Pensis, 1500, fol., ff. nn. 179, sign. aii—Ciiii, typ. rom.

Incun. 1348 (1347), cf. Hain 1312. — Una compactus cum Plutarcho (1347—1348), ex legato dris Sternberg, cum exaratis in tegumentis s. Barbara, s. Katharina et signo introligatoris. Aquila cum corona in seuto.



— — Item, Venetiis, impr. per Chr. de Pensis, 1500, fol., u. s.

Incun. 2143, cf. Hain 1312. — In fronte libri manu s. XVI: »Dni olim dris Gregorij (Stawiszynii) de Sthawijshyn, custodis s. Floriani«.

— — Item, Venetiis, impr. per Chr. de Pensis, 1500, fol., u. s.

Incun. 2144, cf. Hain 1312. — In fronte libri adscripsit mgr. Nic. Procopiades: 1. »Pauli

Crosnensis Ruteni sume; 2. »Mgri Pauli Crosnensis Ruteni, datus Vniuersitati magistrorum Crac.«.

Apponensis, de Appono s. Apponus Petrus artium mgr. et medicinae dr.: v. Abbanus Petr.

Aprutinensis episcopus, orator et poëta: v. Campanus Joh. Ant.

APULEJUS Madaurensis philosophus Platonicus:

— **Asinus aureus et alia opuscula.** Vicentiae, impr. per Henr. de Sancto Urso, 1488, fol., ff. nn. 176, sign. Aij—oiii, typ. rom.

Incun. 565,

Hain 1316. —

Una compactus cum Cicero (565 —

566), ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo.

— **Opera.** Venetiis, impr. per Philipp. Pinzium Mantuanum, 1493, fol., ff. nn. 4 et num. 113 (erronee cvj), sign. a—tiij, typ. rom.

Incun. 567, Hain 1317. — In tegumentis libri exaratum signum

introligatoris, Aquila cum corona in scuto.

Aqua (de) Daniel Vicentinus, jurisconsultus: v. Vocabularius utriusque juris (1171).

Aquila:

— **Aquila, signum introligatorum Cracoviensium:** v. A. H. intr.; Cracovita Joh.; Introligatores de signo Aquilae.

— — **Item, Aquila in bracteo, signum malleatoris:** v. Malleator.

— **Aquila biceps, signum introligatorum Cracoviensium:** v. Procopiades Nic. Szadkovius mgr.; Q. introlig.

— **Aquila s. Johannis Evangelistae, signum introligatoris:** v. Johannes de s. Johanne introlig.

— — **Item, Aquila s. Johannis Evang., signum plebei et professoris Cracoviensis:** v. Wacęga Joh. de Kanty s.

— **Aquila regis Sigismundi I, signum introligatoris:** v. Introligatores de signo Aquilae.

Aquilanus civis v. Montanus Joh. Crisp. dr.

AQUILANUS Petrus de Aquila ordin. Minorum, mgr. et nobilissimarum quaestionum sectator subtilis, vulgo Scotellus dictus:

— **Quaestiones in IV libros Sententiarum.** (Spirae), Spirensis civis Drach Petrus arte sua, s. a., 4to, ff. nn. 326, sign. aij—Siiij, typ. goth.

Incun. 298, Hain 1324. — Liber cum literis initialibus depictis.

— **Quaestiones in IV libros Sententiarum.** (Spirae), Spirensis civis Petrus Drach arte sua, 1480, fol. maj., ff. nn. 178, sine sign., typ. goth.

Incun. 1370, Hain 1325. — In fronte libri, in cujus tegumentis exaratus Leo, signum ligatoris Joh. Lwowecensis, antiqua manu: »Quaestiones Petri de Aquila super libros Sententiarum, liber Bernardi Mikisch de Nissa, s. theologie professoris, qui extremum clausit in die Purificationis (2. II) a. 1490«.

— — **Item, (Spirae), Petr. Drach arte sua, 1480, fol. maj., u. s.**

Incun. 1689, Hain 1325. — Liber cum literis init. depictis, a ligatore mgro Valent. Pilznensi de signo Lis una compactus cum s. Aquinate (1689—1690), ex legato dris Świętopełk de Zembrzyce.

— — **Item, (Spirae), Petr. Drach arte sua, 1480, fol. maj., u. s.**

Incun. 2077, Hain 1325. — In fronte libri, cujus literae init. depictae, antiqua manu: »Iste liber legatus est pro libraria theologorum maioris Collegij artistarum Study Cracouiensis per mgrum Johannem (Pilezanum) de Pyleza, s. theologie professorem et canonicum s. Ffloriani in Cleparze«.

— — **Item, Spirae, Petr. Drach arte sua, 1480, fol., u. s.**

Incun. 2368, Hain 1325. — Exemplar cum literis init. depictis, una ligatum cum Rolevinkio (2368—2369), s. XIX iterum vestitum.

— — **Item, Spirae, Petr. Drach arte sua, 1480, fol. maj., u. s.**

Incun. 2393 (2392), Hain 1325. — Exemplar una compactum cum s. Bonaventura.

Aquilanus Petrus de Natalibus v. Natalis de Natalibus, episcopus.

Aquilejensis patriarcha: v. Barbarus Herm., poëta laureatus.

Johannis Sommerfeld sum



Aquilinus Franciscus de Orłów, artium mgr. Cracoviensis: v. Orlik Franc.

Aquilinus Lucas de Orłów, alias etiam Aquilo dictus, artium mgr. et theologus Cracoviensis: v. Orlik Luc. dr.

AQUINAS Thomas de Aquino ordin. Praedicatorum, sacratissimus, angelicus divinusque christianae ecclesiae dr., vir sanctitate et scientia praestantissimus, sanctus:

— **Catena aurea seu continuum** in quatuor evangelistas. S. I. & a. (teste P. G. Reichharto o. s. B. Augustae Vindel., impr. Günther Zainer, c. 1473/74), fol. maj., ff. nn. 256, sine sign., typ. goth.



Incun. 1870, cf. Hain 1328
f. — Liber passim cum literis init. depictis, ex legato dris Petri Świętopełk de Nieszanowice, cum exarato in tegumentis signo intrologatoris Lis.

— **Liber Catena aurea** alias continuum sive glossa continua quatuor evangeliorum nuncupatus et intitulatus. S. I. & a. (Esslingae, impr. Conr. Fyner), fol.

Incun. ?, Hain 1329. — Sic intitulatus liber, qui jam s. XVIII desiderabatur, comparatus est 7 florenis de communi Collegii majoris fisco pro bibliotheca Collegii commutatione aestivali a. 1471, adhuc vivente s. patrono et professore Cracoviensi, mgro Johanne Wacięga de Kanty, officio praepositi domus Collegii majoris protunc fungente mgro Clemente Zagajewski de Gebice, uti patet ex antiquo »Libro (manuscripto) perceptorum et expositorum per fiscarios Collegij maioris«, (hodie in bibliotheca Jagellonica sub no 2219 asservato), ubi (pag. 46) sub commutatione praedieta a. 1471 annotatum: »Item exposuimus septem florenos pro libro soleni, qui vocatur Aurea catena sive glossa continua 4 evangeliorum s. Thome Aquinatis«. Ex eadem nota sequitur etiam, librum ab Hainio sub no 1329 descriptum prodiisse Esslingae aut incunte a. 1471 aut ultimis diebus a. 1470.

— **Catena aurea sive continuum** in quatuor evangelistas. Nurmbergae, impr. per Ant. Coberger, 1475, fol. maj., ff. nn. 434, sine sign., typ. goth.

Incun. 1871, Hain 1331.
— Liber cum literis init. depictis (lit. S. in fronte item sequentes R., I., D. nitidissime depictae et deauratae), in cuius fronte (f. vacuo ante textum) haec antiquarum manuum adscriptiones: 1. »Liber Venerabilis mgri Iacobi (Saszkovii) de Schadek, decretorum dris, cano-



nici Cracoviensis, continens in se Kathenam auream alias ordinariam glossam super ewangelia b. Thome de Aquino, testamentaliter legatus pro Collegio maiori artistarum, a. 1476 emptus per eundem pro 10 ducatis vngaricalibus; 2. »qui mortuus est die Solis 28 mensis Octobris a. Dni 1487. Oretur pro eo! — Ceteroquin in tegumentis libri exaratum signum ligatoris Jelonek.

— — Item, Nurmbergae, impr. per Ant. Coberger, 1475, fol. maj., u. s.

Incun. 1872, Hain 1331. — Liber cum literis init. depictis, in cuius fronte (f. membr. vacuo ante textum) propria manu possessoris Dambnowitae: »Liber mgri Caspar Pruteni de Dambnow, s. Marie et b. Anne ecclesiarum altariarum, per executores pro Collegio maiori artistarum post usum meum assignatus, simul cum alijs libris sub titulo mgri Caspar consignatis manu mea«.

— **Commentaria in omnes Epistolas s. Pauli. Venetiis, impr. characteribus Boneti Locatelli Bergomensis, 1498, fol., ff. nn. 12, num. 259 (!) et 2 nn., sign. a₃—GG₃, typ. goth., cum literis init. florent.**

Incun. 1873, cf. Hain 1341. — Liber a. 1528 ligatus, cum expressa in compactura anteriore icone s. Pauli Eremitae, in posteriore autem regii pueri (Sigismundi Augusti?).

— **Commentaria in omnes epistolas s. Pauli. Venetiis, impr. characteribus Boneti Locatelli Bergomensis, 1498, fol., ff. nn. 12, num. 260 (!) et 1 nn., sign. a₃—GG₃, typ. goth.**

Incun. 1874, cf. Hain 1341. — Liber a. 1524 ligatus cum exarato in compactura anteriore s. Stanislao, episcopo Cracoviensi, et cum hac adscriptione in fronte: »36 gr., mgri Iacobi (Fridel) de Cleparz«.

— **Tractatus solennis de arte et vero modo praedicandi. S. I. & a., 4to, ff. nn. 12, sign. Aij—Bij, typ. goth.**

Incun. 336 (330), Hain 1352. — In uno volumine compactus libellus cum 8 alijs opusculis (330—338, olim cum 13, exposit autem 4 exsecta), cum hac in fronte propria manu dris Stanislai Albini Neopolitani posita adscriptione: »Libellus iste in sexternis per mgrum Petrum (Świętopełk) de Zambrzez, s. theologie professorem, librerie theologorum Collegij maioris legatus, opera et impensis mgri Stanislai Byel de Noua ciuitate intrologatus, detur pro eadem«.

— — Item, s. I. & a., 4to, u. s. Theol. 9762, Hain 1352. — **Tractatus temporibus dris Muczowski iterum vestitus.**

— **De arte et vero modo praedicandi. S. I. & a., fol. min., ff. nn. 10, sine sign., typ. goth., cum literis init. xylogr.**

Incun. 1467, Hain 1356. — Una ligatus liber cum Caracciolo (1467—1468), cum his in fronte

variarum manuum adscriptionibus: 1. »Liber quadragesimalis titulo Robert (!), 1505 comparatus pro 13 gr. per N. de Brodij«; 2. »Anno Dni 1534 ego Nicolaus (Brodensis), actu presbyter de villa Brody, lego hos libros, Quadragesimale titulo Robert cum Summa Antonini, archiepiscopi Florentini ordin. Predicatorum, ad ecclesiam s. Iohannis Baptiste parochialem in Lowff (= Leopoli!), manu propria significavit«; 3. »Liber iste inuentus inter libros mgri Adami Wresnani (Wrześniani), ad ecclesiam, cui legatus est, deferri debet, interim in maioris Collegij bibliotheca pro vsu studiosorum reponitur«; 4. »Bibliotheca Collegii maioris Univ. Crac.«.

— De quidditate et efficacia eucharistiae sive de corpore Christi, cum Nicolai Lyrani dictis de sacramento. S. l. & a. (Moguntiae, impr. Petr. Friedberg), 4to, ff. nn. 22, sign. Aij—Diiij, typ. goth.

Incun. 1875, Hain 1368. — Opusculum olim cum alio una ligatum, hoc alterum vero in fronte expositum.

— Tractatus de periculis contingentibus circa sacramentum eucharistiae, sequitur ejusdem epistola De Judaeis. S. l. & a. (Ulmae, impr. Joh. Zainer), fol., ff. nn. 7, sine sign., typ. goth.

In mss. 3408, Hain 1375. — Una ligatus libellus cum manuscripto bibliothecae Jagellonicae sub nro 3408.

— De veritate catholicae fidei contra errores infidelium seu summa catholicae fidei. S. l. & a. (secundum P. G. Reichhartum o. s. B. Argentinae, impr. Henr. Eggsteyn, c. 1470), fol. maj., ff. nn. 248, sine sign., typ. goth.

Incun. 1876, cf. Hain 1385. — Liber cum literis init. depictis, s. XIX iterum vestitus.

— De veritate catholicae fidei contra errores gentilium. Romae, impressit artifex Arnoldus Pannartz, 1475, fol., ff. nn. 299, sine sign., typ. rom.

Incun. 1877, cf. Hain 1387. — Liber ex legato dris Czopel Poznanae, compactus



Cracoviae ab ligatore Q. de signo Aquilae bicapitis in scuto, cum expressa hac Aquila in tegumentis, item cum adglutinatis ibidem Romae a. 1508 s. Anna Mettertia et armis possessoris Korab in scuto et circulo.

— De veritate catholicae fidei contra errores gentilium. Venetiis, Petr. Cantianus Venetus emendavit, impressum dedit Nicol. Jenson Gallicus, 1480, fol., ff. nn. 194, sign. a₂—z₃, typ. goth.

Incun. 1878, Hain 1389. — Liber cum literis init. depictis, ex legato dris Petri Świętopełk.

— — Item, Venetiis, impr. dedit Nic. Jenson Gallicus, 1480, fol., u. s.

Incun. 1879, Hain 1389. — Ex legato dris Łabiszynii pro libraria Collegii maioris, ad usum tamen mgro Bernardo (Episcopo) de Byskupye datus.

— — Item, Venetiis, impr. dedit Nic. Jenson Gallicus, 1480, fol., u. s.

Incun. 1880, Hain 1389. — Una compactus liber cum 2 aliis operibus (1380

—1382), ex legato mgri Sommerfeld-Aesticam-ciani, cum ejus autographo. »Oretur pro eo!

— Libellus de vitiis et virtutibus. S. l. & a., 4to, ff. nn. 12, sign. Aij—Bijj, typ. goth.

Incun. 18, Hain 1391. — In fronte libri adnotavit mgr. Biel Neopolitanus propria manu: »Item anno salutis 1491 in die Ioannis ante Portam latinam, que fuit sexta feria (6. V), infra summam missam« (celebravi?).

— — Item, S. l. & a., 4to, u. s.

Incun. 2337, Hain 1391. — Olim »Библиотека Collegii maioris Univ. Crac.«, s. XIX iterum vestitus.

— Summa de quolibet. Nurnberge, impr. per Joh. Sensenschmid et Andr. Frisner de Bunsidel, 1474, fol. maj., ff. nn. 135, sine sign., typ. goth.

Incun. 1690 (1689), Hain 1402. — Liber cum literis init. depictis, una ligatus cum alio opere (1689-1690) ex legato dris Świętopełk de Nieznanowice, cum exarato in tegumentis signo ligatoris Lis.

— — Item, Nurnberge, impr. per Joh. Sensenschmid et Andr. Frisner de Bunsidel, 1474, fol. maj., u. s.

Incun. 1901 (1900), Hain 1402. — Liber cum literis init. depictis, una compactus cum alio s. Aquinatis opere (1900-1901), cum hac in fronte adscriptione: »Liber mgri Caspar (Dambnowitae) de Dambnaw, b. Virginis et s. Anne altariate, datus pro liberraria (!) Collegii maioris artistarum«.

— Quaestiones de duodecim quodlibet. Coloniae, impr. per Joh. Koelhoeff,



1485, fol., ff. nn. 152, sign. aij—v₃, typ. goth.

Incun. 1883, Hain 1405. — In fronte libri: 1. »Iste liber fuit dris Pauli (Zakliczowitae) de Sacliczov, legatus pro libraria theologorum Collegij maioris«; 2. »Vniuersitatis« liber.

— Quaestiones de potentia Dei. S. I. & a., (Coloniae, Joh. Koelhoeff impr.), fol., ff. nn. 222, sine sign., typ. goth.

Incun. 1884, Hain 1414. — Liber cum literis init. depictis, ex legato dris Świętopelk de Zembrayce.

— Quaestiones disputatae de potentia Dei &c., per Johannem Winckel ord. Praed. examinatae. Argentinae, impr. opera atque impensis Mart. Flach, 1500, fol. min., ff. nn. 26, num. 331 et 1 nn., sign. 2—FF₄, typ. goth.

Incun. 564, Hain 1417. — Liber cum literis init. depictis et cum adscriptione in fronte propriae possessoris manus: »Michaelis (Sternberg) Olsnensis«.

— — Item, Argentinae, impr. opera atque imp. Mart. Flach, 1500, fol., u. s.

Incun. 1885, Hain 1417. — In fronte libri

diversis manibus: *Libre Mgri Martini de Mayb*
1. propria

possessoris manu »Liber mgri Martini (Biemi) de Ilkusch«; 2. »Iste (locus deletus) 1574«; 3. »Bibliothecae Collegij maioris Univ. Crac.«.

— — Item, Argentinae, impr. opera atque imp. Mart. Flach, 1500, fol., ff. nn. 26 et num. 329 (ff. num. 330 et 331, item 1 f. nn. desunt), sign. 2—FF₃, typ. goth.

Incun. 2394, Hain 1417. — Olim κτῆμα Collegij maioris, s. XIX iterum vestitum.

— Quaestiones de potentia Dei &c., disputatae per Theodoricum Susteren ordin. Praedicatorum. Coloniae Agrippinae, impr. opera atque impensis Henr. Quentell, 1500, fol., ff. nn. 24, num. 96, nn. 1, num. 181 et nn. 1, sign. aaaij—ggiij, typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. 1886, Hain 1418. — In fronte libri antiqua manu: »Nicolai Budziszewii sum, artium mgri«, in anteriore autem tegumento exarata Simia in scuto, signum ligatoris Simii.

Incun.



— — Item, Coloniae, impr. opera atque imp. Henr. Quentell, 1500, fol., u. s.

Incun. 1877, Hain 1418. — In fronte libri: »Iste liber fuit mgri Pauli (Zakliczowitae) de Zakliczew, s. theologie professoris, legatus pro libraria artistarum (»artistarum« deletum), theologorum«.

— — Item, Coloniae, impr. opera atque imp. Henr. Quentell, 1500, fol., u. s.

Incun. 2300, Hain 1418. — In fronte libri antiqua manu: »Liber mgri Alborti (Swodzijszewicij) de Swodzijszewicze, s. theol. professoris, legatus pro libraria theologorum maioris Collegij artistarum«, in tegumentis autem exarata Aquila biceps cum litora S., signum ligatoris, mgri Procopiadis Szadkovi.



— — Item, Coloniae, impr. opera atque imp. H. Quentell, 1500, fol., u. s.

Incun. 2318, Hain 1418. — Exemplar cum inscriptione »Sum Alme domus maioris Collegij Crac., 1550«, s. XIX iterum vestitum.

— Quaestiones disputatae de veritate. Coloniae, diligenter impr. per Joh. Koelhoeff de Lubeck, 1475, fol., ff. nn. 483, sine sign., typ. goth.

Incun. 1888, Hain 1419. —

Liber cum literis init. depictis, ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo et cum exarato in compactura Lis, signo ligatoris mgri Pilznensis.



Johannis Sommerfeld sum

— — Item, Coloniae, impr. per J. Koelhoeff, 1475, fol., u. s.

Incun. 2337, Hain 1419. — Olim κτῆμα »Bibliothecae Collegij maioris Univ. Crac.«.

— Summa de veritate. Coloniae Agrippinae, impr. opera atque impensis Henr. Quentell, 1499, fol., ff. num. 177 et nn. 2, sign. Aij—Ggij, typ. goth.

Incun. 1889, cf. Hain 1421. — Liber passim cum glossis polonicis (»concordabit, szgodzij pan« ad-

scrip-tis manu incun-tis s. XVI), compactus a ligatoribus Grzymała et Wąz, cum exaratis in te-



gumentis eorum signis, Grzymała et Węzykowie, item cum adnotationibus in fronte: 1. manu s. XVI »Inscriptus Cathalogo librorum Mathiae Caroli (Karolyi de Karoly) (locus deletus) et amicorum ejus« (?); 2. alia manu »Collegio maiori Academiae Cracoviensis inscriptus a. Dni 1622«.

— — Item, Coloniae Agripp., impr. opera atque impensis Henr. Quentell, 1499, fol., u. s.

Incun. 2301, cf. Hain 1421. — In fronte libri propria

manu possessoris:

»Liber

mgri Martini (Biem) de Ilkusch etc.«.

Liber Mgri Martini de Ilkusch

— — Item, Coloniae, impr. imp. H. Quentell, 1499, fol., u. s.

Incun. 2333, cf. Hain 1421. — Olim κτῆμα »Bibliothecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— Summae theologicae pars I. Baselee (!), 1485, fol. maj., ff. nn. 174, sign. a₃—J₃, typ. goth.

Incun. 572, Hain 1434 I. — Una ab ligatore de signo Aquilae cum corona in scuto compacta cum parte II (572—573), cum nitidissime depicta et deaurata litera init. Q. in fronte et cum hac adscriptione in fronte propriae possessoris manus: »Prima pars simpliciter et prima secunde b. Thome de Aquino arcium mgri (»arcium mgri« deletum) Iohannis (Pilczani) de Pylcza, arcium mgri et s. theologie professoris canonice Cracoviensis, per eundem legata pro libraria theologorum in Collegio artistarum Studij Cracoviensis, vsum tamen non adimo mgro Mikosz de Cracovia, quoad vixerit aut voluerit«.



— — Item, pars I, Baselee (!), 1485, fol. maj., u. s.

Incun. 1890, Hain 1434 I. — In fronte libri literis graecis rubro adscriptum: »Ἄρατες δόκτωρες παντι κομπαρατε, προ κτηκα σουρατης περ Πολωνειν Που | ναιρη (Poznaier) ωρτοου εξ Φαματα εν Νωβη, λη . . . ιατα Πολωνια (Poznanian) στα ουερεσους | . . . ντρονατι ανω κρηστη 1488 Ιεσους Χριστος MARIA«.

— Summae theologicae pars II 1. Basileae, 1485, fol. maj., ff. nn. 162, sign. A—V₆, typ. goth.

Incun. 573 (572), Hain 1434 III. — Una a ligatore de signo Aquilae cum corona in scuto (u. s.) compactus liber cum parte I (572—573), cum nitidissime depicta et deaurata litera init. Q. in fronte, ex legato dris Joh. Pilczani, concessus tamen ad usum mgro Mikosz Cracovitae, u. s.

— Summae theologicae IIdae partis

pars 2da. Basileae, 1485, fol. maj., ff. nn. 240, sign. a₂—4, typ. goth.

Incun. 1904, Hain 1434 II 2.

— In uno volumine a ligatore de signo Aquilae sine corona in rhombo compactus liber cum parte III (1904—1905), cum literis init. depictis (lit. P. in fronte nitidissime depicta et deaurata), ex legato dris Joh. Pilczani, concessus tamen ad usum mgro Mikosz Cracovitae.



— — Item, II 2. Basileae, 1485, fol., u. s.

Incun. 2403, Hain 1434 II 2. — Exemplar cum literis init. depictis, una compactum cum Aquinato sequenti (2403—2404).

— Summae theologicae pars III. S. l. & a., (Basileae, 1485), fol. maj., ff. nn. 159, sign. Aa₂—Vv₃, typ. goth.

Incun. 1905 (1904), Hain 1434 III. — Una compactus liber cum praecedenti, cum literis init. depictis (lit. Q. in fronte nitidissime depicta et deaurata), ex legato dris Joh. Pilczani, ad usum tamen concessus mgro Mikosz, u. s.

— — Item, III. (Basileae, 1485), fol., u. s.

Incun. 2404, Hain 1434 III. — Exemplar cum literis init. depictis, una ligatum cum Aquinato superiore (2403—2404).

— Summae theologicae IIdae partis pars 1ma. Venetiis, impr. per Bonetum Locatellum Bergomensem, impensis Octaviani Scoti Modociensis, 1495, fol., ff. nn. 4, num. 137 et nn. 1, sign. AA₂—S₃, typ. goth., cum literis init. florent.

Incun. 1914, Hain 1435 III. — In uno volumine compactus liber cum parte II 2 (1914—1915), cum his in fronte et in anteriore tegumento diversarum manuum adscriptionibus: 1. »Sum mgri Martini (Kulab) de Tarnowiecz, comparatus pro 40 grossis a. Dni 1502 in octava Assumpcionis Marie« (22. VIII); 2. »mgri Iohannis (Prosiński) de Pyotrkow sum, comparatus a mgro Martino de Tharnovijecz 1534«; 3. »Ab Admodum Rdis dnis executoribus Rdi olim Zachariae Starnigelij pro habitacione penes bibliothecam donatus. Oretur pro anima eius«!

— Summae theologicae pars I. S. l. & a., (Nurnbergae, impr. Ant. Koberger, 1496), fol., ff. nn. 193, sign. Aij—Eev, typ. goth.

Incun. 1891, Hain 1436 I. — Liber cum literis init. depictis (lit. Q. in fronte depicta et deaurata), et cum hac in fronte adscriptione: »Iste liber testamentaliter legatus est pro Collegio maiori per Egregium olim dnum Martinum (Krankowitam) de Cracow, decretorum drom«.

— — Item pars I. S. l. & a., (Nurn-

bergae, impr. Ant. Koberger, 1496), fol. u. s.

Incun. 1893, Hain 1436 I. — Liber passim cum literis init. depictis et cum exarata in tegumentis bb. V. Maria cum Infantulo, hinc inde cum adscriptionibus dris Biem Ilkussii.

— Summae theologiae partis IIae Ima pars. S. l. & a., (Nurnbergae, impr. Ant. Koberger, 1496), fol., ff. nn. 187, sign. bij—eev, typ. goth.

Incun. 1899, Hain 1436 II 1. — Liber cum literis init. depictis (lit. Q. in fronte depicta et deaurata), ex legato dris Krankowitae.

— — Item partis IIae Ima pars. S. l. & a., fol. u. s.

Incun. 2319, Hain 1436 II 1. — Exemplar cum exarato in tegumentis signo introligatoris, Aquila cum corona in scuto, olim una ligatum cum alio libro, (alter hic vero in fronte ex-post exsectus).



— Summae theologiae pars II liber 2. S. l. & a., (Nurnbergae, impr. Ant. Koberger, 1496), fol., ff. nn. 274, sign. AAij—Vviiiij, typ. goth.

Incun. 1894, Hain 1436 II 2. — Liber cum literis init. depictis (lit. P. in fronte depicta et deaurata), ex legato dris Krankowitae.

— Summae theologiae pars III. Nurnberg, impr. per Ant. Koberger, 1496, fol., ff. nn. 175, sign. aij—q;iiiij, typ. goth.

Incun. 1910 (1909), Hain 1436 III. — Una ligatus liber cum parte II 2 (1909—1910), cum adscriptione in fronte (f. vacuo ante textum) manus s. XV/XVI: »Mathie (Ostrowitae) de Ostrow sum«.

— Summae theologiae pars I. S. l. & a. (Moguntiae?, 1468?), fol. maj., ff. nn. 252, sine sign., typ. goth.

Incun. 1895, Hain 1439. — Liber cum literis init. depictis, in cuius anteriore tegumento antiqua s. XV manu: »Prima pars b. Thome pro sex florenis«.

— Summae theologiae pars I. Venetiis, 1477, fol. min., ff. nn. 301 (6 priora ff. desiderantur), sign. b—a₄, typ. goth.

Incun. 1896, Hain 1442.

— Liber cum litora init. Q. depicta et deaurata, in cuius fronte et posteriore tegumento diversis manibus: 1.



»fr. Ffranciscus Dignandi« & »Franczoys Dignandi«; 2. »Pro libraria theologorum datus per

drem Paulum (Zakliczowitam) de Zacliczew, canonicum Plocensem et s. Florianic. Ceterum in fronte libri (f. b) depicta icon s. Thomae Aquinatis, item depictus ibidem Jasieńczyk, signum possessoris libri, dris Zakliczowitae, in anteriore autem tegumento exaratus s. Gerardus abbas, et in posteriore Annunciatio bb. V. Mariae.

— Summae theologiae pars I. Venetiis, impr. per Ant. de Strata de Cremona, 1484, fol., ff. nn. 214, sign. A—bb₂, typ. goth.

Incun. 1897, Hain 1444. — In fronte libri, in cuius tegumentis exarati Malleoli cum literis I. C. in scuto, signum ligatoris Joh. Cracovitae, antiqua manu: »Prima pars s. Thome, liber mgri Simonis (Siepreii) de Szycprez, pro libraria theologorum«.



— — Item, pars I. Venetiis, impr. per Ant. de Strata de Cremona, 1484, fol., u. s.

Incun. 2334, Hain 1444. — Exemplar cum literis init. depictis, in cuius anteriore tegumento (posteriori desideratur) exaratum signum introligatoris S.



— Summae theologiae pars I. Venetiis, summa cum diligentia impr. per Ant. de Strata de Cremona, 1489, fol., ff. nn. 188, sign. A—z₃, typ. goth.

Incun. 1405 (1403), Hain 1445. — Una ligatus liber cum 2 aliis operibus (1403—1405, olim autem cum 3, primum enim in fronte ex-post exsectum), cum exarata in tegumentis Aquila cum corona in scuto, signo ligatoris, item cum exaratis ibidem Jesu Christo (Ecce homo), bb. V. Maria cum Infantulo, s. Barbara et s. Katharina.



— — Item, pars I. Venetiis, impr. per Ant. de Strata de Cremona, 1489, fol., u. s.

Incun. 1898, Hain 1445. — Ex legato mgri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus autographo.

— — Item, pars I. Venetiis, impr. per Ant. de Strata de Cremona, 1489, fol., u. s.

Incun. 2395, Hain 1445. — In fronte libri (f. a) rubro manibus s. XVI: 1. »Liber Felicis (Rawensis) de Rawa«; 2. »nunc vero mgri Valentini de Rava, maioris Collegij sodalis«.

Johannes Sommerfeld sum

— Summae theologiae partis IIae 1ma pars. Moguntiae, artificiosa quadam adinventione imprimendi seu caracterizandi absque ulla calami exaratione effigiatum et consummatum per Petr. Schoiffer de Gernshem, 1471, fol. maj., ff. nn. 175, sine sign., typ. goth.

Incun. 1900, Hain 1447. — Liber cum literis init. depictis (lit. Q. in fronte depicta et deaurata), una compactus cum Aquinatis Summa de quolibet (1900-1901), ex legato mgri Dambnowitae de Dambnów.

— Summae theologiae partis IIae 1ma pars. Venetiis, impr. per Franc. de Hailbrun et Petr. de Bartua, 1478, fol., ff. nn. 279, sign. a—6₄, typ. goth.

Incun. 1902, Hain 1448. — Ex legato dris

Zakliczowitae pro libraria theologorum, cum ejus autographo in fronte »Pauli de Zakliczew sum«, item cum exaratis in tegumentis Malleolis cum literis I. C. in scuto,



signo ligatoris Joh. Cracovitae, et cum exarato ibidem Jasieńczyk, signo possessoris libri, dris Zakliczowitae.

— Summae theologiae IIae partis pars 2da. S. l. & a. (Argentorati. Joh. Mentelin impr. c. 1465/66, secundum P. G. Reichhartum o. s. B. »editio princ. primaria«), fol. maj., ff. nn. 244, sine sign., typ. goth.

Incun. 1903, cf. Hain 1454. — Liber cum literis init. depictis, in cujus fronte diversis manibus: 1. »Liber mgri Iacobi (Szadkovii) de Schadek, decretorum dris, prepositi Promisliensis et canonici Cracoviensis, continens Secundum secunde b. Thome de Aquino, emptus pro decem florenis hungaricalibus per eundem«; 2. »Secunda secunde, testamentaliter legatus per eundem Collegio maiori artistarum in Cracowia (?) a Dni 1477 (?)«; 3. »Mortuus est a. Dni 1487 die Solis 18 Octobris. Oretur pro eo«! Ceterum in tegumentis exarata Aquila cum corona in scuto, signum libri introligatoris.



— Summae theologiae IIae partis pars 2da. S. l. & a. (Basileae, impr. Richel sive Berthold, 1475?), fol. maj., ff. nn. 331, sine sign., typ. goth.

Incun. 1906, cf. Hain 1456. — Liber cum literis init. depictis, in cujus fronte antiqua manu: »Liber mgri Caspar Pruteni de Damnaw

(Dambnowitae), b. Virginis et s. Anne, ecclesiarum in Cracowia, altariſtes; post Tabulam quaeſtionum (f. 8) adſcriptus rubro annus »1475«.

— — Item, II 2. S. l. & a. (Basileae, impr. Richel sive Barthold, 1475?), fol. maj., u. s.

Incun. 1907, cf. Hain 1456.

— Item liber cum literis init. depictis, ex legato dris Świętopełk de Nieznanowice, cum exarato in tegumentis signo introligatoris Lis.



— — Item, II 2. S. l. & a. (Basileae, Richel s. Berthold, 1475?), fol. maj., ff. nn. 330 (f. 1 textus exsectum), u. s.

Incun. 2396, cf. Hain 1456. — Exemplar cum literis init. depictis.

— Summae theologiae IIae partis pars 2da. S. l. & a., fol., ff. nn. 274, sign. AAij—

Vviiiij, typ. goth. *Iohannes de Leopoli*

Incun. 1908.

Hain 1457. — In fronte libri propria possessoris manu: »Iohannis (Leopolitae) de Leopoli, 1516«.

— — Item, II 2. S. l. & a., fol., u. s.

Incun. 1909, Hain 1457. — Una ligatus liber cum parte III (1909-1910), olim »Matthiae Ostrowitae, u. s.

— Summae theologiae partis IIae pars 2da. S. l. (impr. Conr. Fyner Es-slingae), 1472, fol. maj., ff. nn. 290, sine sign., typ. goth.

— Idem dr. Bened. Koźminius, vir clarissimus, veniens Cracoviam a. 1520, aere, ut ipse testabatur, pauper, sed ingenio versabilis, tandem collegiatus Collegii majoris, theologus et orator insignis, consilio potens, sermocinatio quavis gratissimus et concionator Regiae Majestati (Sigismundo Augusto), proceribus et omni generi hominum acceptissimus, (de quo dicitur abatur »Germania Erasmus Roterodanum, Polonia Benedictum unicum tenuit«), favente Deo et magnatibus dives, (nec eo divior aliquis in Collegio extitebat), reliquit moriens quatuor millia flor. monetae, praeterea vestes, clenodia et rem domesticam praeclaram:

— De quibus »commisit censum quinquaginta fl. pro vestiendis pauperibus annis singulis, mille fl. pro libris (in bibliotheca Collegii majoris, 50 fl. pro libris noviter emergentibus (pro ligatura novorum librorum!), etc. etc., quae clarius alibi descripta sunt« (»Registrum supell.«):

»Pro his autem beneficiis, absque dubio Deo acceptis, et ipse accipiat coronam vitae aeternae, Amen!«

Koźminius Lucas de Magna Koźmin, civis de signo proprio cum literis S. (ignum) L. (uceae) C. (osminii) in scuto, artium mgr. (ab a. 1403) et s. theologiae bacc. Cracoviensis, a. 1411 rector Universitatis Jagellonicae, sui temporis divini verbi praedicator ferventissimus, a. 1414 in concilio Constantiensi (»dieser verteidigt den Hussen, war von Cracaw«): v. Reichenthalensis (1968).



Idem Luc. Koźminius, (quod etiam hoc loco non praetermittendum), clericus diocesis Poznaniensis et quondam capellanus episcopi

iensis, Nobilis de armis Jastrzębiec Al-
ytwiański-Zborowski (posterius ab a 1413
iensis), >variis, ut ipse refert, precibus
stris et doctoribus, secum in Studio Al-
niversitatis Cracoviensis viventibus, in-
pulsatus et rogatus, quatenus sermones,
dum postillae vulgariter ad fidelem Chri-
ulum prolatos, ad unum volumen redige-
olumen hoc Sermonum a. 1412 conscripsit
e volumen in vigilia ss. apostolorum Petri
i (28. VI) h. a. episcopo Alberto Jastrzę-
cavit.

Lucas Koźminius fideliter insistebat
pro incremento Universitatis Jagellonicae,
verbo promovebat (>Album stud., I):
quo orandum!

ackaw: v. Reichenthalensis; Sche-
: (461).

v. Cracovia; Cracovita.

LAEMER Henricus ordin.
icatorum, s. paginae professor et
itor haereticae pravitatis, vulgo
ris Henricus appellatus:

Tractatus varii, cum sermonibus
is contra quatuor errores exortos
us eucharistiae sacramentum. Nu-
g, impr. per Ant. Koberger, 1496,
nn. 134, sign. aij—riij, typ. goth.
n. 250, Hain 9233. — Una cum 5 aliis

D. Martin de Ilkuss

n x̄x̄uz dris Biem Ilkussii, cum ejus au-
o in fronte voluminis.

Opusculum in errores monarchiae
us dogmata perversa dris Antonii
i. Venetiis, impr. arte et ingenio
le Leucho, expensis tamen Petri
enstein, 1499, fol. ff. nn. 24,
ii—diiij, typ. goth.


a. 2583, cf. Hain 9237. — Olim x̄x̄uz
majoris, ex legato dris Cz-pel Poznani-
uondam cum alio libro una ligatum (al-
vero liber in fronte posterius exsectus).

Malleus maleficarum (Hain 9238
r. Sprenger & Kraemer (1791 sqq.).

AINIUS Albertus Jacobi de
v. scholaris (ab a. 1593) et ar-
pacc. Cracoviensis, (pro feriis Ci-
a. 1595 primae laurae insignia
t), expost sacerdos. olim possessor

lontanus L. In Aristotelis De physico au-
loniae, 1498, fol. (2016. quondam x̄x̄uz
ioszarski, expost vero mgri Gofkowica).

Krainius Mathias a Kraina, civis
(? Nobilis?) de signo
Oksza seu Topor in
scuto, scholaris, ar-
tium mgr. et medi-
cus Cracoviensis ac
physicus publicus et
regius: v. Lis Ma-
thias de Kraina dr.



***KRAIŃSKI** prof. Leopoliensis († a.
1844 aut prius), olim possessor libri:
— Farinator. Liber moralitatum. S. l., 1482,
fol. (1867, ab a. 1490 x̄x̄uz Hammerbachensis
ecl. s. Laurentii).

Krajewita Martinus de Krajewice,
artium mgr. (ab a. 1470) Cracoviensis:
v. Aquinas s. (1913).

Krąków (de) Martinus canonista
Cracoviensis, v. Krankowita Mart. dr.

***KRANKOWITA Martinus** de
Krankowo seu de Krąków, decretorum
dr. promotionis Bononienis (? ab a.
1455), legavit incunte s. XVI pro Col-
legio majori libros:

— Aquinas s. Summae theologiae pars I.
(Norimbergae, 1496), fol. (1891).

— — Summae theologiae pars II 1. (Norim-
bergae, 1496), fol. (1899).

— — Summae theologiae pars II 2. (Norim-
bergae, 1496), fol. (1894).

— Bonaventura s. In Idum Sententiarum.
(Friburgi, c. 1493), fol. (790).

— Kalendarium super meridianum Wratisla-
wiensem pro a. Dni 1495. S. l. & a., fol. maj.
(1979).

***KRASIŃSKI Adamus Stanislaus**
Scholarum Piarum, episcopus Wilnensis,
(† Cracoviae 9. V 1891), olim posses-
sor una ligatorum librorum:

— Gerson. De imitatione Christi. Mediolani,
1488, 16mo. (2085).

— Meditationes super Passionem Jesu Chri-
sti. (Mediolani, 1488), 16mo. (2086, ambo olim
x̄x̄uz Ecclesiensium et Camilli Montani, ambos
donaverunt bibliothecae Jagellonicae a. 1893
p. m. epi Kraiński successores).

Kraśnicus Matthaes artium mgr.
et theologus Cracoviensis, v. Kraśnicki
Matth. dr.

***KRAŚNICKI Matthaes** alias e-
tiam Kraśnicus nuncupatus, scholaris
et artium mgr. Cracoviensis, (20. III
1622 artium mgr. et philosophiae dr.
creatus), expost collegiatus Collegii ma-
joris, dr. et professor s. theologiae et

a. 1655 rector Universitatis Cracoviensis, († 1. X 1655 in rectoratu), olim possessor librorum:

— Eibus. *Margarita poetica*. Basileae, 1495, fol. (949, a. 1547 $\kappa\tau\eta\mu\alpha$ mgr. Janeczka, a. 1592 Andreae Kazim. Cebrowski, et a. 1618 custodis Fusorii).

— Nannis. *Commentaria super opera divers. auctorum*. Romae, 1498, fol. (2135).

— Plinius C. S. *Historiae naturalis libri*. Venetiis, 1487, fol. (1363, olim $\kappa\tau\eta\mu\alpha$ Casp. Broniski, bacc. Znenensis et custodis Fusorii).

***KRAWIEC Mathias** Mathiae Ilkussius de Olkusz, alias etiam Sartor dictus, scholaris (ab a. 1499) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1506 pro gradu magisterii promotus), ex post decretorum dr., secretarius regis Ungariae Johannis Zapolya et canonicus Scepusiensis, († 22. VIII 1539), olim possessor libri:

— Aristoteles. *De coelo et mundo libri*. (Lipsiae), s. a., fol. (593, liber cum exaratis in te-



gumentis bb. V. Maria cum Infantulo, s. Ursula et s. Olao cum halabarda).

Kreusel Jacobus Cracovita, artium mgr. et canonista Cracoviensis: v. Belza Jac. dr.

Kroje alias Rola, arma Nobilis artium mgr. et canonistae Cracoviensis. exarata in tegumento ejus libri: v. Ar-ciszewski Jac. de Erdzieszów dr. alias etiam Erdzieszowski dictus.



Kromer Erasmus Johannis, scholaris (ab a. 1481) et artium bacc. Cracoviensis: v. Ursinus dr.

Kromolowiensis Hieronymus scholaris et artium bacc. Cracoviensis, v. Kromolowita Hier.

***KROMOŁOWITA Hieronymus** de Kromolów, alias etiam Kromolowiensis

nuncupatus, scholaris (ab a. ?) et artium baccalarius Cracoviensis, (ad Quatuor tempora Exaltationis s. Crucis 1486 ad gradum baccalariatus in artibus promotus), olim possessor in uno volumine ligaturum librorum:

— Gandavus. *Super Aristotelis Physicorum libros*. Venetiis, 1488, fol. (575).

— — *Super Aristotelis De anima*. Venetiis, 1480, fol. (576, ambo ex post $\kappa\tau\eta\mu\alpha$ mgr. Kij a. Scipionis de Cracovia).

Kropidło Johannes de genere dum Opoliensium, episcopus Wladislawiensis s. Kujawiensis, a. 1414 in concilio Constantiensi: v. Reichenthalensia.

Krościcensis Andreas Petri de Krościce, assertus clericus dioecesis Plocensis: v. Formularium (958).

Krosna-Krosno-Krosse civitas, v. Persius A. Fl. (1545).

Krosnensis Adam civis, v. Steinfeld Ad. de Krosno.

Krosnensis Martinus de Krosno, artium mgr. et medicus Cracoviensis: v. Johannides Mart. dr.

***KROSNENSIS Paulus** Johannis de Krosno Ruthenus, alias etiam Gruellus (?) dictus, scholaris (ab a. 1491) Cracoviensis, artium bacc. (ab a. 1499) Universitatis Gryphiswaldensis, bacc. (ab a. 1500) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1506 pro gradu magisterii promotus), ex post collegiatus Collegii minoris et poeta elegans ac suavis. († mense Septembri a. 1517 Sandeciae alias in Sącz), donavit Collegio magistrorum libros:

— Appianus Alex. *De bellis civilibus*. Venetiis, 1500, fol. (2144).

— Barbarus. *Castigationes Pliniana*. Romae, 1492 93, fol. (1033, liber cum autographo possessoris in posteriore tegumento «Pauli Krosnensis Ruteni sum», item cum exarata in tegumento posteriore et anteriore Aquila bicipite cum litera Q. in

scuto, signo intro-

ligatoris Cracoviensis).

— Beroaldus. *Annotationes in auctores antiquos*. Bononiae, fol. (1152a. Neolat., a ligatore



Pauli Krosnensis Ruteni sum.

quilae bicipitis cum litera Q. in scuto, umine compactus cum poëta Propertio).

hins. De consolatione philosophiae. 1499, fol. gatore Joh. una ligatura Persio se-



lla. Opus de logologiae. Vi-99, fol. (849, xarata in tequila cum scuto, signo s. Craco-

nymus s. Epistolae. Venetiis, 1496, per cum mgri et ili Cro-Rutheni ante s. ctus a Cracogno A-corona inva-a apud gorium



Pauli Crostrensis Rutheni sum

us. Pharsalia. Venetiis, 1498, fol. una ligatus cum Persio sequente). ius. In Somnium Scipionis. Venetiis, 218, item in e compactus sequente).

is. Satirae. 99, fol. (1216. mine ligatus



igatoris Joh. Lwowecensis. Leone one minore in scutis).

s recognitus per Ph. Beroaldum. Bo- (? 1503?). fol. (2769 Philol. lat.).

tius poë- a. Bo- 37, fol. lat., vo- e s. XVI um cum aecedena- arata in quila bilitera Q. no libro- ratoris Cracoviensis. u. s.).



— Silius It. Punicorum libri. Venetiis, 1493, fol. (1554, in uno volumine ligatus cum libro sequenti).

— Statius. Sylvae et alia opera. Venetiis, 1498, fol. (1553, una cum Silio ligatus liber, item cum exarato in tegumentis signo ligatoris, Aquila bicipite cum litera Q. in scuto, u. s.).

— v. Pedianus Q. A. (2270).

*KROSNENSIS Valentinus Lucae de Krosno Ruthenus, scholaris (ab a. 1499) Cracoviensis, ineunte s. XVI possessor in uno volumine ligatorum librorum:

— Persius. Satirae. Venetiis, 1485, fol. (1545).

— Seneca. Tragoediae. Venetiis, 1492, fol. (1544, libris a. 1524 usus est Adam Steinpflug, civis Krosnensis).

Krotinphul Bernardus Nissanus, artium mgr. et theologus Cracoviensis: v. Mikosz Bern. dr.

*KRYPA Albertus Andreae Szamotulianus, civis de signo proprio, scholaris (ab a. 1483) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1488 ad gradum magisterii promotus), ex post collegiatus Collegii majoris, dr. et professor medicinae ac physicus reginae Poloniae Elizabeth Austriacae accuratissimus, († 26. V 1507), legavit pro libraria theologorum Collegii majoris libros:

— Augustinus s. Opuscula. Argentinae, 1489, fol. (2372).

— Avensohar. Theicrisi cum Colliget. Venetiis, 1497, fol. (2175, executores ejus testamenti librum deputaverunt pro libraria).

— Glanvillanus. De proprietatibus rerum. Argentinae, 1485, fol. (717, item executores ejus testamenti deputaverunt pro libraria theologorum).

— Gordonius. Liliun medicinae. Ferrariae, 1486, fol. (727, liber cum exarato in tegumentis ejus signo proprio cum literis C. S., i. e. Crippa Szamotulianus, in scuto et octangulo).



— Gregorius I. Moralia. (Norimbergae, 1471?), fol. maj. (841).

— Mesua. Opera. Venetiis, 1479, fol. (1248).

— Rolevinkius. Fasciculus temporum. Argentinae, 1488, fol. (718, item per executores testamenti ejus deputatus liber pro libraria theologorum Collegii majoris).

— Idem Krypa Szamotulianus fuit etiam olim possessor librorum:

— Aristoteles. Parva naturalia. (Coloniae)-1491. fol. 592.

— Forlivius. Expositio super libros Tegni Galeni. Venetiis, 1495, fol. (2606. liber cum ex-

arato in anteriore parte tegumenti proprio ejus signo cum literis C. S. (Crippa Scamotulianus) in scuto et octangulo. u. s.).

— Gazius. Corona medicinae. Venetiis, 1491, fol. (1778,

posteriore tempore $\kappa\tau\eta\mu\alpha$ drum Biel, Wiolicii et Pograbbii, qui libro in fronte signum suum Liliorum cum rosa et literis

A. P. in scuto et circulo depingi curavit).

— v. Montanus L. (1955); Stoefflerius-Pflaumen (2272 & 1861 Math.).

***KRZESŁAWSKI** Stephanus Thomae Wladislawita a Wladislawia, scholaris (ab a. 1548) Cracoviensis, a. 1548 possessor libri:

— Triumphus. Summa de ecclesiastica potestate. Venetiis, 1487, 4to. (2003. a. 1649 $\kappa\tau\eta\mu\alpha$ Stan. Petrikovii ac tandem Ant. Piorowski).

Krzyszowicensis parochus in Krzeszowice, v. Tarnowita Laur. bacc.

***KRZYCKI** Andreas Nicolai, Nobilis de armis Kotwicz, alias etiam Cricius nuncupatus, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, posteriore tempore episcopus Przemyśliensis (1524), Płocensis ac tandem archiepiscopus Gneznensis et regni Poloniae primas, († 10. V 1537), existens episcopus Przemyśliensis fuit possessor libri:

— Sylvius. Epistolae familiares. Norimbergae, 1486, 4to. (236, liber cum impressis in fronte armis ejus cum infula s. mitra episcopali in scuto et circulo, ex post $\kappa\tau\eta\mu\alpha$ bacc. Dilewski ac tandem dnis Schindleri).

— v. Persius (1545); Scriptores rei rusticae (902); Wojnowski Mart.

***KRZYKAWSKI** Christophorus scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, a. 1563 possessor una ligatorum librorum:

— Aquinas s. Super Imo Sententiarum. Venetiis, 1498, fol. (1921).

— — Super Ido Sententiarum. Venetiis, 1498, fol. (1922).

***KRZYŻANOWSKI** Johannes scholaris et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1634 artium ingenuarum

mgr. et philosophiae dr. renunciatus), ex post sacerdos, existens artium et philosophiae bacc. possessor libri:

— Cicero. Rhetorica. Venetiis, 1500, fol. (2230, olim $\kappa\tau\eta\mu\alpha$ Nic. Vitreatoris, liber cum exarato in anteriore tegumento signo introligatoris Cracoviensis, Aquila cum corona in scuto).



***KRZYŻANOWSKI** Thomas patriota (!) Cracoviensis, ab a. 1777 possessor libri:

— Beroaldus. Orationes. Lugdini (!), 1492, 4to. (852 Neolat., olim $\kappa\tau\eta\mu\alpha$ Sim. Frankowic, posterius vero aliorum).

***KUCHARSKI** Andreas scholaris et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1632 artium mgr. et philosophiae dr. renunciatus), ex post collegiatus Collegii majoris, dr. et professor s. theologiae, praepositus ecclesiae collegiatae Omnium ss., canonicus cathedralis Cracoviensis et a. 1662--1679 decies rector Universitatis Jagellonicae, († 9. V 1679 in rectoratu), olim possessor libri:

— Euclides. Elementa geometriae. Venetiis, 1482, fol. (947).

Kucharski Andreas F. professor Lublinensis a. 1825, v. Herp Henr. (1032).

***KUCZEWICZ** Martinus Alberti, artista pharmacopoeae Wolboriensis, postea apothecarius Cracoviensis, a. 1664 possessor libri:

— Serapio. Practica dicta Breviarium medicinae. Venetiis, 1497, fol. (2639, olim $\kappa\tau\eta\mu\alpha$ dnis Stan. Pici Zawadzki).

***KUDROWICZ** Kazimirus scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, s. XVII possessor libri:

— Horatius, cum commentariis. Venetiis, 1492, fol. (1027).

Kujawienses episcopi alias Wladislawienses nuncupati: v. Kropidło Joh.; Kurozwęcki Krzesł.; Oleśnicki Zbign.; Oporowski Andr.

***KUŁAB** Martinus Nicolai de Tarnowiec, scholaris (ab a. 1477) et artium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1490 ad gradum magisterii promotus), ex post collegiatus Collegii majoris, bacc. s. theologiae et canonicus ecclesiae collegiatae s. Floriani extra muros Cracovienses.



1538 «senio confectus», legavit
aria theologorum librum:

gustinus s. Epistolarum liber. Basileae,
(6626 Theol.).

lem mgr. Kulab fuit etiam pos-
librorum:

rosius s. Opera, III. Basileae, 1492,
5).

selmus. Opera et tractatus. Norimber-
1, fol. (562, in uno volumine compactus
Pireno sequenti).

uinas s. Summae theologiae pars III.
1496, fol. (1914, emit 22. VIII 1502
rossia, vendidit a. 1534 mgro Prosiński).

Summae theologiae pars II 2. Vene-
1, fol. (1915, ex post x̄t̄za mgri Prosiń-
ndem Starnigellii).

Summae theologiae pars III. Venetiis,
(1919, comparavit 25. I 1501 floren-
i in auro).

gentinensis Th. Scripta super Senten-
tibus, I—IV. Argentinae, 1492, fol.
comparavit librum 15. VI 1502 marca
gr.).

ardus Clar. Opus epistolarum. Basi-
4, fol. (1044, com-
1509 cum Cassio-
renti).



siodorus. Historiae
bri. (Argenterati.
fol. (1039, compa-
XI 1509. liber una
um Bernardo. cum
n tegumentis signo
oris. Aquila cum corona in scuto.

selius. De evangelica praeparatione.
1500. fol. (1330, emit 15. IV 1514 pro
lea x̄t̄za mgri Metropolitae

ramus. Quodlibeta septem. Argentinae,
19033. comparavit a. 1502 mgro
ri Burcardini.

sius. Historiarum libri Venetiis, 1499
l, posterius x̄t̄za Metropolitae

enus. Institutionum compendium. Bas.
1482. fol. 563.

Anselmo compo-
X 1506. liber li-
mine compactus



t Mallesis cum...

demareo...

robustus...

1499. fol. (2523, ex post x̄t̄za mgri Wlaskowa,
comparatum per eum a. 1523).

— Saxo L. Expositio in Psalterium. N. I. & s.,
(1491?). fol. (1682, librum a. 1496 mediu maron
omit).

— Schedel dr. Liber chronorum. Norimber-
gae, 1493, fol. maj. (400, opus postea dono da-
dit episcopo Tomicki).

— Utinensis. Quadragesimale de legibus. Lau-
gduni, 1494, 4to. (269, comparavit 1. VII a. 1508
pro medio tercio floreni circa Nibel Karl in cir-
culo Cracoviensi).

— v. Harderwicensis (128).

*KUR Mathias alias Gallus aut Kur-
kowiec (?) nuncupatus, scholaris (ab a.
1581?) Cracoviensis, exente a. XVI
possessor libri:



— Hentisberus. Expositio re-
gularum solvendi sophismata. Ve-
netiis, 1488, fol. (741, ex post x̄t̄za
Nobilis Joh. Piwoński de armis
Bylina s. Belina, cum manu doll-
neatis his armis ad calcem libri).

— v. Przemysliensis Matth. mgr.

Kurdwanowski Jacobus episcopus
Plocensis, a. 1414 in concilio Constan-
tienti: v. Reichenthalensis (1908).

Kurelowius de Kurzelów, v. Kurze-
lowita de Kurzelów.

Kurkowiec Matthaeus (Kurko-
wicz?), artium mgr. Cracoviensis: v.
Przemysliensis Matth.

Kurnicensis cubos, v. Turonius
Michael de Lublin dr.

*KUROWSKI Martinus scholaris et
artium bacc. Cracoviensis, pro serie
Ciceroni a. 1618 prima laurea insigni-
tus, ex post artium mgr. Cracoviensis
praeparatus Wschowensis, v. idem p̄m̄ca
s. libri:

— Praxina in...

Kurozówka I Paula de Kurozówce,
matritata Wschowensis, v. p̄m̄ca s.
p̄m̄ca s. p̄m̄ca s. p̄m̄ca s. p̄m̄ca s. p̄m̄ca s.

*KI KUROZÓKI Kurozówce de Kurozówce
matritata Wschowensis, v. p̄m̄ca s.
p̄m̄ca s. p̄m̄ca s. p̄m̄ca s. p̄m̄ca s. p̄m̄ca s.

loniae, († 5. IV 1503), quondam, ut videtur, possessor librorum:

— Bellovacensis V. Speculum historiale, I & II. (Argentorati, 1473), fol. (1603, olim $\kappa\tau\eta\mu\alpha$ bacc. Stan. KurozweŃcki de armis Poraj).

— — Speculum historiale, III & IV. (Argentorati), 1473, fol. (1609, olim $\kappa\tau\eta\mu\alpha$ mgri Andreae Borzyszewski de armis Poraj, ambo volumina cum exarato in tegumentis signo ligatoris Jelonek in scuto).

— v. Stoefflerinus-Pflaumen (2272).

— Idem episcopus Krzeslaus KurozweŃcki moriens 5. IV a. 1503, legavit testamentaliter Collegio majori:

— Quatuor picarios magnos, tres quidem compares, mediae ollae vini singulos, unum minorem unius quartae, commodans eos patribus ad custodiam et usum, ea adjecta conditione, ut pro die Aristotelis et aliis publicis conviviis promotionum doctoralium pro honore et decore hospitum et Studii darentur et accomodarentur, insuper quinque tapeta pro usu simili legavit, quae omnia ex parte testamenti Rmi dni Crzslai, epi Vladislaviensis alias Cuiaviensis, a. Dni 1503 certo die aestivo, veniens in domum Collegii majoris et advocatis senioribus patribus, doctoribus et mgris, in stuba communitatis con-sedens, obtulit domui Rdui dnus Johannes (Łaski) de Łasko, protunc cancellarius regni et praepositus Gneznensis (« Regestrum supell. »):
»Oretur pro eo«!

*KUROZWEŃCKI Stanislaus Krzslai de KurozweŃki, Nobilis de armis Poraj s. Róża, scholaris (ab a. 1457) et artium bacc. Cracoviensis, (ad Quatuor tempora Pentecostes 1459 in bacc. artium promotus), expost canonicus cathedralis Cracoviensis, procancellarius et cancellarius regni Poloniae, († a. 1482), olim possessor libri:

— Bellovacensis. Speculum historiale, pars I et II. (Argentorati, 1473), fol. (1603-expost $\kappa\tau\eta\mu\alpha$ bacc. Krzslai Ku. rozweŃcki, liber cum exarato in tegumentis signo introligatoris Jelonek in scuto).

— v. Borzyszewski Andr. de armis Poraj, artium mgr.

Kurwa vox palaeopolonica (?), palaeolithuanica (?): v. Aristoteles (1952).

Kurzelowiensis archidiaconus v. Muscenius Joh. Senior dr.

Kurzelowiensis decanus v. Turobinus Mich. de Lublin.

Kurzelowita Johannes Bro de Kurzelów, artium mgr., medi theologus Cracoviensis: v. Brosciu Kurzelowiensis dr.

Kurzelowita Johannes Jaco de Kurzelów, artium bacc. Cracov: v. Jacobejus Joh.

Kurzelowita Johannes Musc Senior de Kurzelów, civis de sigr zickowski cum literis I. M. C. A. C. C. in scuto et eclipsi, item de signo

Koziczkowski cum literis I. C. in

scuto et circulo, artium mgr., a gus et theologus Cracoviensis: v scenius Joh. Senior dr.

Kurzelowita Johannes Musc Junior de Kurzelów, civis de signo proprio (?), artium et iurium (?) bacc. Cracoviensis, v. Muscenius Joh. Junior.

*KURZELOWITA Laurentiu Kurzelów, alias etiam Kurelowiu Kurzelowiensis vocatus, scholaris artium mgr. Cracoviensis, (7. I et 2 1610 artium mgr. et philosophia declaratus), expost medicinae dr. e: sicus publicus, († a. ?), ab a. 1606 sessor una ligatorum librorum:

— Bricot. Cursus optimarum quaest. logicam, (Basileae), s. a., fol. (2147).


— — Cursus optimarum quaestionum philosophiam. (Basileae), s. a., fol. (2148)

Kurzelowita Mathias Kwa wicz de Kurzelów, artium mgr. cracoviensis: v. Kwaśniewicz Math.

Kurzelowita Mathias Miros Kurzelów, artium bacc. Cracovi v. Mirosz Math.

Kurzelowita Stanislaus de B lów, artium mgr. et astrologus Cracoviensis: v. Jacobejus Stan.

*KWAŚNIEWICZ Mathias | Kwaśny Kurzelowita, alias etiam



Ńny aut Kwaśniowicz nuncupatus, scholaris (ab a. 1595) et artium bacc. Cracoviensis, (pro feriis Cinerum a. 1598 primae laureae insignia accepit), ex post artium mgr., (7 I 1604 in praesentia Wladislai, filii regis Sigismundi III, in artium mgrum et philosophiae drem promotus), collegiatus Collegii majoris, canonicus ecclesiae collegiatae s. Floriani Klepardiensis et senior bursae philosophorum, († a. ?), a. 1598 existens artium liberalium et philosophiae bacc., fuit possessor in uno volumine ligatorum librorum:

— Avicenna. *Metaphysica*. Venetiis. 1493 (? 1495 ?), fol. (1536).

— Scotus J. D. In Aristotelis *Metaphysicam*. Venetiis. 1497. fol. (1535).

— Trombetta. *Opus doctrinae Scoticae*. Venetiis. 1493, fol. (1537).

— Formalitatum *Scoticarum sententiae*. Venetiis, 1493, fol. (1538, omnes ante a. 1500 $\pi\tau\eta\alpha$ Math. Bochniensis, ex post aliorum).

— Idem existens artium bacc. fuit etiam possessor libri:

— Flandriensis. *Quaestiones in Aristotelis Metaphysicae libros*. Venetiis, 1499. fol. (1766, olim $\pi\tau\eta\alpha$ ignoti possessoris, liber cum exarata in tegumentis Aquila sine corona in rhombo, signo introligatoris Cracoviensis).



— Idem inscripsit etiam a. 1620 (? 1622 ?) Collegio majori in uno volumine ligatos libros:

— Scotus J. D. In *Sententiarum libros*. I—IV. Venetiis, 1497. fol. (1523).

— *Quaestiones quotlibetales*. Venetiis, 1497, fol. (1524, a. 1574 $\pi\tau\eta\alpha$ bacc. Jacobi Kurzelowitae).

Kwaśny-Kwaśniowicz Mathias artium mgr. Cracoviensis, v. Kwaśniowicz Math. mgr.

Kwint Kalaber v. Quintus Calaber grammaticus 397 *Philol. gr.* sq.

KYRSZMAN Johannes de Monteregio decretorum bacc.:

— *Lectura arboris utriusque juris consanguineitatis*, repetita in Alma Universitate Studii Lipsiensis: v. Andreae Joh. (1974 sq.).

L. litera initialis depicta et deaurata: v. Albertus M. (4858 Theol.); Avicenna (674); Balbus Joh. (1011); Florentinus A. s. (2285); Missale Crac. (4942 Theol. pol. sq.); Pisanus R. (1461); Sylvaticus (1513).

L. I. de signo Pogonia cum literis I. L. in scuto, et item de signo alius Pogonia cum literis I. L. in scuto,



scholaris et librorum ligator Cracoviensis ineuntis s. XVI: v. Lithuanus Joh. introlig.

L. P. R. V. A. B. de signo proprio in scuto. artium bacc. et librorum ligator Cracoviensis exeuntis s. XV: v. Psitacus Bened. Ungarus bacc.



***ŁABEŃKI Daniel** Cracovita, scholaris et artium mgr. Cracoviensis. (18. I 1620 insignia magisterii in artibus et doctoratus in philosophia obtinuit, s. XVII possessor libri:

— Zeno. *De natura humana*. Venetiis. 1491 92. 4to. 121. s. XVI $\pi\tau\eta\alpha$ Pauli Zembrzusi, a. 1692 vero dris Behm.

Łabedź arma Nobilis libri possessoris, v. Wolski Petr. Dunin.

***ŁABISZYNIUS Andreas** Andreae de Łabiszyn, civis de signo Ostoja, scholaris ab a. 1463 et artium mgr. Cracoviensis, ineunte a. 1469 ad gradum magisterii promotus, ex post collegiatus Collegii majoris, decretorum et s. theologiae dr. et professor, decanus ecclesiae collegiatae s. Floriani Klepardiensis et canonicus ecclesiae cathedralis Cracoviensis, a. 1496 97 ter rector Universitatis Jagellonicae et Studii generalis

vicecancellarius, († 10. VI 1498), legavit pro libraria theologorum Collegii majoris libros:

— Ambrosius s. Opera, III. Basileae, 1492, fol. (2142, ad usum tamen dedit opus dri Valent. Ilkussio de Olkuss).

— Aquinas s. De veritate cathol. fidei. Venetiis, 1480, fol. (1879, ad usum tamen dedit librum mgro Episcopo).

— Summae theologiae pars III. (Venetiis, 1478), fol. (1917, ad usum tamen concessit opus mgro Stobniczka).

— Augustinus s. Omnes libri. (Cracia, 1475), fol. (1987, ad usum tamen mgro Episcopo dedit).

— Bernardus Clar. Sermones de tempore. Basileae, 1495, fol. (782, ad usum tamen concessit mgro Episcopo).

— Eibus. Margarita poetica. (Norimbergae, 1472, fol. (1047, ad usum tamen dri Valent. Ilkussio concessit).

— Gregorius I. Moralia. Venetiis, 1484, fol. (843, ad usum tamen concessit mgro Episcopo).

— Magni. Zophilogium (Sophologium). S. I. & a., (Argentinae, c. 1467), fol. min. (1106, ad usum tamen concessit mgro Valent. Ilkussio).

— Werdena. Sermones Dormi secure dominicales. Argentinae, 1485, fol. (1988, ad usum tamen Bernardo Episcopo dedit).

— Idem legavit etiam bursae Jerusalem seu pauperum libros:

— Andreae J. Lectura super arboribus censing. (Venetiis, 1476), fol. (550, ad usum tamen mgro Episcopo dedit).

— Bonifacius VIII. Sextus Decretalium. Venetiis, 1476, fol. maj. (551, ad usum tamen Episcopo concessit).

— Modus legendi abbreviaturas in utroque jure. S. I. & a., (c. 1475), fol. (1241, ad usum tamen Episcopo ad tempus vitae dedit).

— Idem dr. Łabiszynius fuit etiam possessor librorum:

— Cassianus S. Super corpus evangeliorum. S. I. & a., fol. maj. (1753, posteriore tempore *κτῆμα* episcopi Tomicki).

— Gratianus. Decretum. Basileae, 1481, fol. maj. (1163).

— Gregorius IX. Decretalium libri. Moguntiac, 1473, fol. maj. (829).

— Lyranus. Postilla, pars I. (Argentinae, 1492?), fol. (1227).

— Postillae pars II. (Argentinae, 1492), fol. (1812).

— Postillae pars III. (Argentinae, 1492), fol. (1279).

— Postillae pars IV. Argentinae, 1492, fol. (1232).

— Scotus J. D. Scriptum in Sententiarum libros, I—IV. Venetiis, 1481, fol. maj. (938).

— Quotlibeta quaestionum. Norimbergae, 1481, fol. maj. (939).

— Idem usus est etiam libris:

— Astesanus. Summa de casibus conecio (Argentorati, 1474?), fol. (993, accepit ad vitam a dre Kobylinko Seniore, liber cum exarato in anteriore tegumento Jelonek in scuto, signo introligatoris Cracoviensis).



— Avicenna. Canonis libri V. Patavii, 1479, fol. maj. (669, accepit ab illuminatore et introligatore, mgro Valent. Pila »Oretur pro anima illius«!

— v. Regiomontanus Joh. (360).

— Idem dr. Łabiszynius moriens navit etiam Collegio majori:

— Unum coclear argenteum cum signa stoije (Ostoja!) et tres acutellas de medio (»Regestrum supell.«):
»Oretur pro eoe!»

Lacedaemoniensis episcopus, v. rifaber Petr. Cracovita dr.

*Łacki Mathias Johannis de I Nobilis de armis Lis. scholaris (c. 1515) Cracoviensis, exposit juris p ficii dr. et lector, canonicus ac a diaconus cathedralis Cracoviensis 1555—1556 ter rector Universitati 11. XI 1557), usus est libro:

— Pratenis. Sermones de tempore. (A torati), s. a., fol. (1014, olim *κτῆμα* An Wolboritae).

LACTANTIUS Lucius (lius Firmianus vir praecellenti genii, poeta et orator facundissimu.

— De divinis institutionibus libri versus gentes, et alia ejus opera. V tiis, impr. per Vinc. Benalium, 1 fol., ff. nn. 138, sing. A—viii, typ.

Incun. 1188 (1187). Hain 9816. — cum literis init. depictis, una introligatus Diogene (1187—1188), olim *κτῆμα* mgri Błażkowski, posterius autem »Bibliothecae legii majoris Univ. Crac.«.

— Elegiacum carmen de situ p disi, v. Carmen (333).

Lactantius Placidus interpret v. Statius P. P. Neopolitanus.

LAETUS Pomponius aliter lius Fortunatus aut Petrus Calaber etus, vir doctissimus:

— Romanae historiae compend cum privilegio. Venetiis, impr. per. nardinum Venetum, 1499, 4to, ff. nn sign. dii—pii. typ. rom.

n. 186 (184), Hain 9830. — In uno volumine compactus liber cum 5 aliis libellis (184—

vil Sommerfeldium

ptimus in fronte postea exsectus), ex lectri Sommerfeld-Aesticampiani, cum ejus pho ad calcem voluminis.

Romanae historiae compendium. Privilegio et tetrasticho M. Ant. ci. S. I. & a., 4to, ff. nn. 60, sign. ii, typ. rom., cum literis init.

n. 2266, Hain ? — In fronte libri, quoniam aliis una ligati, sed s. XIX de novo antiqua exeuntis s. XV manu adscripmedium 4* (1).

Libellus de Romanorum magistratorum ejusdem de sacerdotiis Ro., ejusdem diversis legibus Ro. S. I. & a., aut prius?, 4to, ff. nn. 16, sign. Dii, typ. rom., cum literis init. V. florent.

7229, cf. Hain 9832. — Libellus temdris Maczkowski iterum vestitus.

ŁAGIEWNICIUS Vincentius de miki, scholaris (ab a. ?) Cracov, s. XVI possessor libri:

audt. Introductorium in univers. Aristotelicam. Lipsiae, 1500, 4to. (2012, olim cobi Lorek, ex post aliorum).

ŁANUS Gabriel de Łaka, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis. ineunte s. possessor una librae librorum:

istoteles. De animalia. 1491, fol.

stantanus L. Super s. De anima. (Cos. a., fol. 1685, cum exarato in

is Weżykowie in scuto, signo ligatoris

anus **Mathias** de Łaki. Nobilis is Cracoviensis de armis Lis et Universitatis Jagellonicae: v. Łath. dr.

ŁACHONIUS Johannes Poznansolaris (ab a. ?) Cracoviensis. povero medicinae dr. et professor os s. XVI in gymnasio Lubran-Poznaniae ac ab a. 1555 capituli ensis physicus, s. a. ?, olim possina ligatorum librorum: billinus. De intelligentiis quilibet. B. 494, fol. 2573 a. Philos

— — De orbibus libri IV. Bononiae, 1498, fol. (2573 b. Philos., ambo ex post x77µa mgri Gregorowicij).

— Idem fuit etiam possessor libri:

— Foresta. Supplementum chronicarum. Venetiis, 1486, fol. (1781, posterius x77µa ejusdam Pauli Brachowski).

LAMPRIIDIUS Aelius (Helius):

— Commodus Antoninus, Antoninus Varius Heliogabalus, Diadumenus Antoninus, Opilius Macrinus, Clodius Albinus, Alexander Severus: v. Scriptores histor. Aug. (1175 sq.).

Łancicienses canonici: v. Haunold Joh. (Łanciciensis?); Seceminus Dominic. de Secemin dr.

Łancicienses praepositi: v. Borzyszewski Andr.; Łatalski Joh.

Łankoronaus Stanislaus de Łankorona, vicarius ecclesiae s. Mariae Cracoviensis et notarius publicus: v. Florentinus A. s. (134).

Łandius Christophorus commentator, v. Horatius Q. F. (1027).

Landrechtbuch:

— Landrechtbuch vulgo Schwabenspiegel. S. I. & a., (Auguste Vindel, impr. Günth. Zainer), fol. min., ff. nn. 10 et 153 (cxxxxix; male num., sine sign., typ. goth., cum iconibus et literis init. xylogr.

Incun. 1539. Hain 9869. — Olim x77µa Collegii majoris, una cum Sanctii Spiegel des menschlichen Lebens ligatum, cum exarata in fronte tegumenti inscriptione: Leges imperiales 1533. I. C. Spiegel menschlichen Lebens.

Łandriano (de) Bernardinus ex Capitaneis Mediolanensis, v. Ubaldus Bald. dr. (685).

Łandsberg (a) matre v. Biblia s. integra (2297).

LANDSPERG Martinus Herbipolensis, typographus, impressit Lipsiae opera et opuscula, quae Polonicae dicuntur:

— Corvinus L. Carminum structura. (Lipsiae, 1496, 4to. 1996).

— Glogowita Joh. Schücklichkeit des Jahres 1500. (Lipsiae, 1489, 4to. 268 Kalend.).

— Kazimirus & Johannes Albertus. Constitutiones et statuta vel syntagmata regni Poloniae. (Lipsiae, ante a. 1496, 4to. 2277 sq.).

— v. Lipsia; Polonica.



LANFRANCUS Mediolanensis medicus:

— *Cyrurgia parva et ejusdem Practica, quae dicitur Ars completa totius cyrurgiae*: v. *Cauliacus Guido* (1208 sq.).

LANFRANCUS de Oriano de Brixia Brixianensis, juris utriusque dr. et famosissimus lector Patavinus:

— *Repetitiones aureae*. Venetiis, *Pe-regrinus Bononiensis* emendatissime et accuratissime imprimendas curavit, 1489, fol. maj., ff. nn. 56, sign. a₂—iiiij, typ. goth.

Incun. 1428, Hain 9883. — Liber s. XIX iterum vestitus, olim *κτῆμα* Collegii majoris.

Langensteiu (de) Henricus de Hassia, v. *Hassiacus Henr. dr.*

LAPIDANUS Johannes de Lapidate ordin. Carthusianensis, artium mgr. et s. theologiae dr. Parisiensis, Parisius in artibus regens:

— *Resolutorium dubiorum circa celebrationem missarum occurrentium, ex ss. canonum probatorumque doctorum sententiis diligenter collectum*. Coloniae, impr. per *Henr. Quentell*, 1493, 4to, ff. nn. 24, sing. aij—dij, typ. goth., cum icone xylogr. in fronte mgr. cum 2 discipulis, inscripta »Accipies tanti doctoris dogmata sancti«.

Incun. 1809, Hain 9906. — Opusculum s. XIX iterum vestitum, olim *κτῆμα* Collegii majoris.

— *Resolutorium dubiorum missae*. *Lyptzek*, impr. per *Cunr. Kachelofen*, 1497, 4to, ff. nn. 25, sign. Aij—Dij, typ. goth.

Incun. 63, Hain 9913. — In chartula Catalogi adnotatum: »Dar Leona Bromirskiego r. 1872«.

— *Libri artis logicae Porphyrii et Aristotelis*. Basileae, impr. per *ingrum Joh. de Amerbach*, *Lapidani* quondam discipulum, s. a., fol., ff. nn. 290, sign. a₂—a₅ (finis desideratur), typ. goth.

Incun. 1445, Hain 9919 & 13300. — Quondam »Liber mgr. Stanislawi Bialkowski, datus pro libraria Collegij maioris artistarum Studij Cracoviensis«.

— v. *Tritenhemius Joh.* (1586 sq.).

***LAPIŃSKI Johannes** scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, s. XVII possessor una ligatorum librorum:

— *Copulata in Veterem artem Aristotelis*. (Coloniae), 1494, fol. (1630).

— *Versor. Super libros Novae logicae aristotelis*. Coloniae, 1497, fol. (1631, ambo *κτῆμα* dris *Dąbrowski*).

Lapus Biragus interpres, v. *Dsius Halic.* (1183 sq.).

LARGELATA Petrus de Alata, artium et medicinae praestamus dr. Bononiensis:

— *Libri sex chirurgiae*. Venetiis pressit vir prudens, mgr. *Benedictus Genuensis*, 1480, fol., ff. nn. 188, A₂—J₃, typ. goth.

Incun. 1372, cf. Hain 1635. — In frontica manu: »Liber Nicolai (Wielicii) de czka, arcium et medicinae dris, Chirurgia de Largelata«; ibidem recentiori manu: »thecae Collegii majoris Univ. Crac.«.

— *Chirurgia*. Venetiis, 1499, fo num. 131, sign. A₃—R₃, typ. goth., literis init. florent.

Incun. 1393 (1392), Hain 1639. — Unipacta cum *Rhasis* libro (1392—1393), ex episcopi *Tomicki* a. 1536.

LASCARIS Constantinus zantius, grammaticus:

— In hoc libro haec continet: *Const. Lascaris Erotemata, cum interpretatione latina (De octo orationis tibus), De literis graecis ac diphongis et quemadmodum ad nos veniunt Abbreviationes, quibus frequentissimae Graeci utuntur, Oratio dominica et plex salutatio b. Virginis, Symbolum apostolorum, Evangelium s. Johannis evangelistae, Carmina aurea Pythagorae Phocylidis, viri sapientissimi, Momenta omnia suprascripta habent et rebus interpretationem latinam de verbis verbum. Venetiis, impr. summo stili mani, 1494 ultimo Februarii et octavo Martii, 4to, ff. nn. 166, ai—Ciiii, typ. rom. et graecis.*

Gramm. 2890, Hain 9923. — Ex legatione *Tomicki* a. 1536.

Laski Johannes Nobilis de *Korab*, praepositus (a. 1503) *Gnezn* et regni Poloniae cancellarius ac tunc archiepiscopus *Gneznensis* et regni Poloniae primas, († 19. V 1531): v. *rozwoŃcki Krzeslaus epus; Procopius Nic. mgr.* (a. 1519/20).

Lason Simeon artium mgr. *Cracoviensis*, v. *Gołkowicz Sim.*

SOWIUS Albertus de Lasy, is (ab a. ?) et artium bacc. Cracov. (pro quartali s. Crucis a. 1605 a primae laureae accepit), ex-cerdos, ab a. 1602 possessor una cum librorum:

Magister Joh. Summularum glossulae. Ve-
190, 4to. (263).

Super tota philosophia. Venetiis, 1490,
3).

Super cursum logicae. Venetiis, 1490,
3, omnes olim scripturae bacc. Stan. Pilznen-
i Pilznenensis et Pograbi Pilznenensis, ex-
magri L. Piotrowski).

ZKIANUS Felix Alberti de
scholaris (ab a. 1497) et artium
Cracoviensis, (ineunte a. 1503 pro
magisterii in artibus promotus),
collegiatus Collegii majoris, ju-
susque dr. et canonicus Przemys-
(† Romae peste a. 1521?), olim
or libri:

vasius. Summa Angelica. Argentinae,
(520, reliquit librum apud mgrum
solitam).

lski Johannes praepositus Gne-
et Lanciciensis, v. Gratianus

ENSIS Bonetus de Latis
rabi et dr. medicinae:

dicium a. Dni 1493. Romae, 12
ii 1493, 4to, ff. nn. 6, sign. aii.
h., cum icone xylogr. in fronte,
, »Altior inebvbit animvs svb
myndi«.

390, Hain ? — In fronte libelli, quon-
aliis una ligati, adscriptio: »Mgr. Io-
scenius Curzelouius dum astrologiae
ret, in vnum collegit annorum vario-
merides et Iudicia etc.«.

rrealitates, v. Dorbellus de Or-
294 sqq.).

OSZYŃSKI Johannes de
, Nobilis de armis Gryf. scho-
artium mgr. Cracoviensis, (in-
1459 ad gradum magisterii in
promotus, postea s. theologiae et
um dr., ordinarius iurium lector
ate canonica et a. 1468-1492
rector Universitatis Jagello-
num canonicus ecclesiae ca-
Cracoviensis † a. ?):

sultas absolvendi in casibus
ae reservatis, cum forma ab-

solutionis, per Innocentium papam VIII
juxta electionem Kazimiri Jagellonidis,
Dei gratia regis Poloniae &c., contra
perfidios Thurcos et Thartaros concessa.
S. l. & a., (Norimbergae, impr. per Ant.
Koberger, 1489?), fol. min. (14×16.5),
ff. nn. 1, typ. goth.

Incun. 1995. Hain ? — Facultas adglutinata
olim tegumentis Incun. sub nro 745 (Trova-
malla), empti per drem Swodziszowicium a. 1489.

— — Item, s. l. & a., (Norimbergae,
impr. per Ant. Koberger, 1489?), fol.
min., u. s.

Theol. pol. 9507, Hain ? — Item exemplar
adglutinatum olim tegumentis libri, a. 1489 per
drem Swodziszowicium empti, u. s.

***LATOWICIUS** Martinus Johannis
de Latowiec, scholaris (ab a. 1487)
Cracoviensis, usus est a. 1491 una liga-
tis 4 (recte 5) libris compatriotae sui,
mgr. Nicolai de ibidem: v. Latowicius
Nic. dr., u. i.

***LATOWICIUS** Nicolaus Petri de
Latowiec, scholaris (ab a. 1462) et ar-
tium mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1468
ad gradum magisterii promotus), ex-
post collegiatus Collegii majoris, decretorum
dr. et s. theologiae professor (!), cano-
nicus Plocensis et praepositus Silivnen-
sis, a. 1491 possessor una ex post a. 1529
de novo ligatorum librorum:

— Albertus M. De arte intelligendi. Ulmae,
s. a., fol. (1805).

— Bernardus s. Meditationes. (Augustae Vin-
del.), s. a., fol. (1804).

— Gerson. Donatus moralisatus. S. l. & a.,
fol. (1806).

— Gobius J. J. Scala coeli. Ulmae, 1480,
fol. (1803, omnibus usus est etiam a. 1491 Mart.
Latowicius, quintus autem liber in medio volu-
mine posteriore tempore exaectus).

Laudensis Maphaeus Italus, juris
consultus et poeta: v. Vegius Maph.
Laud. (5211 g. Theol. sq.).

LAUDINUS Christophorus
Florentius:

— Quaestiones Camaldulenses ad Fe-
dericum. Urbinatum principem. S. l.
& a., (Florentiae, impr. per Nic. de
Almania), fol.

Incun. ? Hain 9851. — Temporibus dnis
Bandke X. IX. 44b. signatus liber hodie desi-
deratur.

— v. Vergilius P. M. (1595 sq.).

Laudinus Hierosolimitanus eques, v. Mahomet imper. (226).

Laudunensis Anselmus glossator, v. Biblia s. (999 sqq.).

Laurentiana bursa: v. Harderwicensis; Tunger.

LAURENTIANUS Laurentius Florentinus:

— In librum Aristotelis De elocutione. Venetiis, (impensis Andr. Torresani de Asula), impr. per Sim. de Luere, 1500, fol., nn. 11, sign. aaa₂—bbb₃. typ. goth., cum figuris xylogr.

Incun. 1200, Hain 9917. — Una cum 5 aliis

a ligatore Joh. Lwowencense compactus (1200—1205) et temporibus dris Bandtke W. IV. 11 a. signatus libellus, olim $\alpha\tau\eta\mu\alpha$ mgrī Przybyło s. Aucti, postea vero dris med. Klepardiensis, datum per eum ad usum compatriotae suo mgro Fridel, ac tandem assignatus pro libraria Collegii majoris. Ceterum in tegumentis exarata s.

Barbara et s. Katharina, item Leo in scuto, signum libri ligatoris Cracoviensis.

— — Item, Venetiis, 1500, fol., u. s.

Incun. ?, Hain 9917. — Olim $\alpha\tau\eta\mu\alpha$ mgrī Białkowski, una cum Columna sub nro 410 a ligatore H. A. compactum et temporibus dris Bandtke W. IV. 20 b. signatum, cum exaratis in tegumentis Aquila cum corona et literis H. A. in scuto, signo introligatoris, item bb. V. Maria cum Infantulo, s. Ur-



sula et s. Olao cum halabarda, exposit vero exsectum hodie desideratur.

Laurentius fr. ordin. Minorum, v. Carmina de sanit. regimine (32).

Laus:

— Laus Virginis Mariae. S. l. (secundum P. G. Reichhartum o. Moguntiae, impr. Petr. Schoyff 1468), fol., ff. nn. 9, sine sign, typ.

Incun. 1102 (1701), cf. Hain 9954. bellus cum literis init. depictis (lit. T. et tidissimo depictae et deauratae), una ligat 2 s. Augustinis (1701—1703), olim $\alpha\tau\eta\mu\alpha$ majoris artistarum.

Laxationis panis, v. Herce de Arculis (488).

***LAZARIDES** Felix Lazarius, a posterioribus etiam Sieprctus, scholaris (ab a. 1543) et mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 15 gradum magisterii promotus), collegiatus Collegii majoris, dr. (p tionis Patavinae) et professor medi

(† ante a. 1573), legavit Collegio li

— Rhases. Liber ad Almansorem. V

1500, fol. (2520).
— Idem fuit etiam possessor li

— Avicenna. Canonis libri. Venetiis, 1470, fol. (147, omit fl. uno apud consanguinec Stan. Cieśla s. Carpentarii).

— Idem dr. Lazarides usus est

a. 1570 una ligatis libris:

— Haly. Liber medicinae Regalis di nominatus. Venetiis, 1492, fol. maj. (178

— Pensaurus. Liber de venenis. V 1492, fol. maj. (1784).

— Idem usus est etiam una c

ctis libris ex legato episcopi Toi
— Rhases. Nonus Almansoris. Venetiis fol. (1510).
— Savonarola M. J. De balneis et t Ferrariae, 1485, fol. (1512, in cujus n f. a adscripsit etiam quaedam de civitat vna, ubi a. 1557 arti medicinae operam debat).

— Tussignan. Receptae super IX mansoris. Venetiis, 1483, fol. (1511).

***LEBELLUS** Georgius recto clesiae parochialis s. Johannis niensis, donavit ipso die ss. Co Christi (31. V) a. 1584 Torunia: Ponętowski una ligatos libros:

— Bebenburgius. Germanorum zelus. leae. 1497, fol. (1355).

— Platina. Vitae pontificum. Norim 1481, fol. (1354, ambo exposit $\alpha\tau\eta\mu\alpha$ di meri de Steżyca).

Lectiones:

— Lectiones et suffragia de ss. chim et Anna. S. l. & a., fol., ff.

ign., typ. goth., cum literis init.
r.

n. 1692 (1691).

— In uno volum-
compactus libellus
iaco (1691—1692.
in fronte poste-
mporo

o). cum
in po-
tegu-
Leone



et mi-
scuto, signis scholaris et introigatoris
ensis, Joh. Lwowecensis.

Lectiones praescriptae his, qui in
aureos volunt promoveri (manu-
e a. 1546), v. Magister Joh. (264).

tura super Canone missae, v.
abr. (1191 sqq.).

enda:

Legenda metrica Alberti Magni,
endam fratrem ordin. Praedica-
conventus Coloniensis a. Dni 1490
S. l. & a., (Coloniae, impr. per
oelhoff, 1490), 4to. ff. nn. 6, sign.
iij, typ. goth., cum icone xylogr.
tem.

. 10, Hain 11-915 II. — Libellus cum
it. depictis, temporibus dnis Muezkow-
o vestitus.

Legenda Alberti M. (Hain 11-915
Iovimagius Rud. (382).

Legenda aurea. v. Voraginis
189 sq.).

Legenda ss. matronae Annae (Hain
19.), v. Stobniczka Joh. mgr. (64).

Legenda sanctorum. v. Voraginen-
de Voragine (1189 sqq.).

es:

Leges et statuta civitatis Vero-
Vicentiae, ad requisitionem et
m Antonii, Gerardi, Johannis,
Bartholomaei, fratrum et filio-
Zanoti de Placentia, non atra-
nec plumali calamo, neque stilo
sed artificiosa quadam mirabili
tione imprimendi seu caracte-
impr. per Henr. Levilapidem
nstein) Coloniensem, 1475. fol.
188, sign. A₂ - L₃, typ. rom.

763, cf. Hain 10-000. — Liber cum
t. depictis, ex legato Romualdi Hube

s in Polonia in plebem vim

habent, in potentes obmutescunt: v. Ju-
stinianus imper. (1796).

Legnicensis archidiaconus v. Hau-
nold Paul. bacc.

Legnicensis canonicus v. Hau-
nold Joh. Wratislawita.

Legnicensis Georgius artium mgr.
Cracoviensis, v. Libanus Georg.

Lehenrecht v. Remissorium.

LEIMBACH Georgius Glocen-
sis, scholaris (ab a. ?) et artium bacc.
Cracoviensis. (ad Quatuor tempora Pen-
tecostes 1473 ad gradum baccalariatus
promotus), posteriore tempore ducis Hen-
rici Glocensis astrologus et physicus:

— Practica pro a. Dni 1498, cum
annexa sibi cura de morbo, quem vul-
gus malum francosum appellat. S. l. &
a., (Lipsiae?), 4to, f. nn. 1. (fragmentum),
typ. goth., cum icone xylogr., inscripta
>Mars dnus anni, Jupiter particeps<.

Incun. 2287, cf. Hain 10-064. — Facsimile,
a. 1886 opera et impensis dnis Theophili Ze-
brawski Cracoviae promulgatum.

Lelewel Joachim excellentissimus
bibliographus et Universitatis Warsza-
viensis meritissimus bibliothecarius, (†
a. 1861): v. Kazimirus & Johannes Al-
bertus, reges Poloniae (2275 sqq.).

Lelowiensis Bartholomaeus de Le-
lów, artium mgr. Cracoviensis: v. Grzy-
bowski Barth.

Lelowiensis Daniel de Lelów, ar-
tium mgr. et theologus Cracoviensis: v.
Sigonius Dan. dr.

*LELOWIENSIS Johannes de Le-
lów, scholaris (ab a. ?) Cracoviensis, com-
paravit a. 1541 pro 3 florenis per me-
diam sexagenam librum:

— Gregorius IX. Decretalium compilatio. Ba-
sileae, 1500, 4to. (5925 Jus. ex post xvijua bacc.
Bielecki).

Lemberg: v. Leopoldis; Persius A.
Fl. (1545).

Lemberg (de) Paulinus ordin. Mi-
norum de observantia (Hain 10-008), v.
Pruthenus Lud. (1964 sq.).

LENTULUS:

— De Jesu Christo, v. Isidorus (319).
— Epistola ad senatum romanum de
Iesu Christo, v. Regimen moralit. (95).

LEO I papa, Magnus et sanctus:

— Sermones. Venetiis, Andr. Parmensis, librariae artis peritissimus, solita diligentia impressit, 1485, fol., ff. nn. 104, sign. a₂-o₂, typ. goth.

Incun. 1206, Hain 10-013. — Una cum Hoglandiensi compactus liber (1206—1207), ex legato *Johannis Sommerfeld-
mabri Sommerfeld-
Aesticampiani, cum ejus autographo.*

— Sermones. S. l. & a., (Augustae Vindel s. Esslingae?, impr. Ant. Sorg vel Conr. Fyner), fol., ff. nn. 137, sine sign., typ. goth. et rom.

Incun. 2060 (2059), Hain 10-015. — In uno volumine cum Victorino introligatus liber (2059—2060, tertius, equidem »Sermones Roberti (Caraccioli) de Lycio per Adventum«, postea exsectus), cum adscriptione in fronte: »Liber mabri Ioannis Gromadzskj«.

— — Item, s. l. & a., (Ant. Sorg vel Conr. Fyner impr.), fol., u. s.

Incun. 2477, Hain 10-015. — Olim x-742 Collegii majoris, s. XIX de novo vestitum.

Leo X papa, v. Biem Ilkussius de Olkusz dr. (Kalendarium rom.).

Leo signum:

— Leo s. Marci Evangelistae in scuto, exaratus in tegumentis libri. signum ligatoris Cracoviensis ineuntis s. XVI: v. Marcus de s. Marco introlig.



— Leo minor in scuto, item alius

Leo minor in scuto et iterum



Leo minor in scuto,

signum librorum ligatoris: v. Lwowcensis Joh. introlig.


— — Item Leo in circulo et item



Leo cum corona in scuto, signum libro-

rum ligatoris Cracoviensis: v. Lwocensis Joh. introlig.

— — Item Leo major in scuto iterum alius Leo major in scuto



rum librorum ligatoris: v. Lwowcensis Joh. introlig.

LEONICENUS Nicolaus continus, medicus:

— De epidemia, quam Itali mor gallicum, Galli vero Neapolitanum cant, liber. S. l. & a., (s. XV c. 1. 4to.

Incun. ?, Hain 10-019. — Temporibus Bandtke U. VI. 55i. signatus liber hodi sideratur.

LEONICENUS Omnibolus Vincentinus, grammaticus et orator

— Commentum in Lucanum. Vtius, (impr. per Vindelinum de Sp) 1475, fol. min., ff. nn. 370, sign. KK₆, typ. rom.

Incun. 1220, Hain 10-029. — Liber c gato dria Petri Świętopełk de Zembrzyce, talibus tamen in fronte (f. membr. an'e te diversarum manuum adscriptionibus: 1. Martini (Epperiensis) de Apparias, cons fl. 1 et 4 grossos; 2. »Vniuersitatis« sc. 3. »receptus a dre Michaelo (Sternberg) snensis« de Lgota.

— v. Athanasius s. (645 sqq.); Ciceronius (875 sqq.); Quintilianus (1449 sq.); Iulius Max. (2260).

Leopoli (de): v. Leopolienses; Leopoliensis; Leopolis; Leopolita.

Leopolienses archiepiscopi: v. ryzszewski Andr.; Długosz Joh.; ryzszowski Joh. I.

Leopolienses consules: v. Leopoldus Er. Sixt.; Neapolitanus Mich. de Namiasto; Zaleski Joh.

Leopoliensis concionator de Trnava, v. Arundinensis Joh. mgr.

opoliensis conventus ordin. Prae-
orum ad ss. Corpus Christi Leopoli,
possessor librorum:

Augustinus s. De civitate Dei. Friburgae,
fol. (484, una ligatus cum libro sequenti).

— De trinitate. (Friburgae), 1494, fol.

Hibernicus Th. Manipulus florum. Vene-
nae, 4to. (2092, ex post $\kappa\tau\eta\mu\alpha$ fris Adalberti
litae et mgri Strassynski).

Maneken. Formulae epistolarum. S. l.,
4to. (61).

opoliensis ecclesia parochialis
Johannem Baptistam in Lwów
it (?) dono a presbytero Nicolao
ensi a. 1534 una ligatos libros:

Aquinas s. De arte et vero modo praedi-
S. l. & a., fol. (1467).

Caracciolus. Opus quadragesimale. (Ar-
sti), s. a., fol. (1468, ambo ex post $\kappa\tau\eta\mu\alpha$
Wrześniani!).

opoliensis professor († a. 1844
rius), v. Krański prof.

opolis (Lwów, Lemberg): v. Bro-
s; Leopoliensis; Leopolita; Per-
A. Fl. (1545).

OPOLITA Adalbertus fr. et ge-
s praedicator ordin. Praedicatorum
li, ab a. 1634 possessor libri:

Hibernicus Th. Manipulus florum. Venetiis,
4to. (2092, olim $\kappa\tau\eta\mu\alpha$ Leopoliensis con-
s. Corporis Christi, ex post vero mgri
ński).

opolita Albertus Blasiades de
li, civis de signo proprio **3E**
ium mgr. Cracoviensis: v.
ades Alb.

opolita Albertus Pedianus de
li, artium mgr. Cracoviensis: v.
Alb.

OPOLITA Erasmus Sixtus
ae de Leopoli, vulgo etiam Mrzy-
aut Sixtus nuncupatus, scholaris
(1591) et artium mgr. Cracovien-
I 1596 artium ingenuarum mgr.
ilosophiae dr. renunciatus). postea
iatus Collegii minoris ac tandem
icus uxoratus et consul Leopoli,
vir bonus et doctus. († c. a.
olim possessor libri:

Faranta. Practica, quae alias Philonium
(Lugduni), 1500, 4to. (2283, postea $\kappa\tau\eta\mu\alpha$
onalis eremi Camaldulensium in Ssaniec).

OPOLITA Johannes Michaelis
opoli, scholaris (ab a. 1495) et artium

mgr. Cracoviensis, (ineunte a. 1500 pro
gradu magisterii promotus), ex post colle-
giatus Collegii majoris, s. theologiae dr.
et professor, ecclesiae collegiatae s. Flo-
riani extra muros Cracovienses seu Kle-
pardiensis canonicus, columna Univer-
sitatisc a coaevis nuncupatus, († 26. II
1535), olim possessor librorum, nam
alium thesaurum non habuit:

